This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`


DISPENSARIO
Pro
Pharmacop.
615.
11
D63
R

615.11

DISPENSARIVM

VSVALE PRO PHARMACOPOEIS INCLYTAE REIPVB. COLONIEN.

D 63

EX COMMISSIONE AMPLISS. NOBILIVM, ATQVE *Prudentium & Fortium Procerum, Coss. Procoss.q; uenerandi sanctiq; Senatus eiusdem florentissimæ Reipublicæ.*

R
E.1.16 Cax 4 Lib 35
UNIVERSIDAD CENTR
BIBLIOTECA
DE LA FAC. DE MEDIC

COLONIAE,
Apud hęredes Arnoldi Birckmāni,
1565.
Cum Priuileg. Cæs. Maiest. in decennium.

TYPOG. LECTORI.

DAmus tibi Cãdide Lector Dispensarium hoc medicum Senatus nostri iussu atq; mandato magna diligentia & sedulitate, nec minore iudicio collectum. In quo colligendo atq; in ordinem redigendo prꝛcipuã operam nauauit Hupertus Faber, huius nostrꝛ Academiæ Medicinꝛ professor ordinarius, adhibitis Synergis Bernardo Cronebergio, Ioanne Echtio, & Theodoro Birckmanno. Tu hac opera vtere & Senatui nostro bene precare.

Vale,

Cæterũ admonendus es fol. 155. lin. 7. pro Drachmam unam, Vnciam unam legendũ esse.

Soy de la Librería
del Colegio
de la Concepcion
de Alcalá.

PRÆFATIUNCVLA.

UNIVERSIDAD CENTRAL DEL ECUADOR BIBLIOTECA

Triplex est Scopus reuisionis & recognitionis Dispensariorum huius inclytæ Reipublicæ Colonensis.

Primus, vt cõpositiones sint vniformes. Tanta enim est differmitas & diuersitas remediorum, vt fidelis & prudẽs medicus nõ audeat quouis cuiuis pharmacopœo pharmacũ prescribere: quũ iste hoc modo, alius alio modo sua præparet atque cõcinnet medicamenta. Reperiũtur qui augẽt medicaméti alicuius valẽtis quantitatẽ, vt vacuatione hinc largiore secuta, dicãtur medicamenta habere præstantiora. Sed hoc vitiũ pharmacopœis plerisq; feré omnib⁹ totius feré Europæ (pſertim in vrbibus vbi pharmacopœorũ plu-

ralitas eſt aliqua) imputandum venit. Vnde ſimultas medicorum pariter & pharmacopœorum non ſine ægrorum ciuium periculo naſcitur, vt hic medicus illum præ alijs pharmacopœum ſeligere: & contra pharmacopœus illum medicum colere & venerari debeat : & ita languet mutuus amor, mutuaq; doctorum collatio & conciliatio ſalubrium remediorum ſtatuendorum, & inſalubrium eliminandorũ ceſſat. Sed hæc conqueri magis quàm corrigere liceat, niſi magiſtratus diligenter & ſeriò ſuam interponat autoritatẽ. Cogitent igitur omnes de vniformitate remediorum aſſerenda.

Secundus ſcopus eſt, vt certus ſit numerus compoſitorũ, ne copia & inutilibus expenſis grauentur pharmacopœi. Quorſum enim attinet immenſam ex oĩbus antidotarijs remediorum farraginem cõuerrere, quum ex valdè multis valdè pauca

in v-

in vſum aſsiduum recipiantur: vndè nō mirum, ſi maior pars exoleſcat,& exoleta pharmacopœus fortaſsis in miſcendo, præparando & componendo non reponat aut reijciat,niſi admodū conſcientiæ anguſtioris nemeſi torqueatur: ſed talē fortè virum vix repperit vllū,millibus è cunctis hominum conſultus Apollo.Cogitent igitur omnes, vt potius integra & proba remediorū paucitas concinnetur,quàm vilis & exoleta, atq; adeò rācida obtrudatur pluralitas.

Tertius ſcopus eſt,vt inſpecto ordine huius diſpēſarij ſiue antidotarij,viam quandam ceu Theſei filū ſanctus & inclytus huius præclaræ vrbis Senatus habeat,quā ſequi poſſit in viſendis & inſpiciendis pharmacopolijs,nimirum, vt nō ſolùm compoſita diſpiciantur, ſed etiam ſimplicia quæq; ſingulariter examinentur. Simplicia enim ni ſana fue-

rint, quomodo valebũt compoſita? Cum vnius ſimplicis improbitas totã ſæpe cõpoſitionem vitiat. Quanquam ne hoc quidem ſatis fuerit, ſi ipſe pharmacopœus integer vitæ ſceleriſque purus ceu motu naturæ proprio γνήσιος non fuerit, dum in parando conficiendoque cenſores aut ſaltem ſpectatores præſentes nõ habeat: attamen talem eum eſſe & fore libenter credemus, præſertim quando Senatui cum ſuis adiunctis arbitris exhibita ſana fuerint omnia tum ſimplicia tum cõpoſita.

Opus autem hoc licet prima facie videatur exile & tenue: in ſe tamen operoſum fuit, imo laborioſum magis quàm ingenioſum: quia collatione omnium feré antidotariorum, quę extant, concinnatũ eſt: nec tamen omnia ex illis congeſsimus, propter rationem ſecundã pauſo ante adſignatam.

In nonnullis cõpoſitionibus contra plęrosque antidotariorum ſcripto-

ptores videbimur fortasse liberiùs audaciùsq; quedam correxisse: Sed omnium vel correctorum, vel additorum, vel omissorum, vel mutatorum rationem reddere, Dei benignitate possumus & volumus: modestię tamen normam seruantes, saniori nos submittimus censurę: quia paucorum non est medicorum, sed iusti & integri medicorum collegij compositiones recognoscere, & in integrum restituere.

Vsum verò & effectum pręscriptorum remediorum subscribere noluimus, ne peruicaci quorundam audacia ἀι τῶν θεῶν χεῖρες, τῶν κακοδαιμόνων γένωνται.

DISPENSARII HVIVS ORDO VELVTI PER CLASSES AD HVNC ferè modum inſtituatur & obſeruetur.

PRimo *Simplicia uſualia in pharmacopolijs adſeruanda.*
II. *Aquæ diſtillatæ.*
III. *Condita, Conſeruæ, Confecta.*
IIII. *Sapæ, Robub, Miuæ.*
V. *Iulep.*
VI. *Syrupi.*
VII. *Edegmata, ſiue Loch.*
VIII. *Decocta.*
IX. *Infuſa.*
X. *Electuaria ſolida, liquida Opiata propriè dicta*
XI. *Cathartica, ſolutiua, laxatiua, ſolida, liquida.*
XII. *Pillulæ.*
XIII. *Trochiſci.*
XIIII. *Pulueres.*
XV. *Olea.*
XVI. *Vnguenta.*
XVII. *Cerata.*
XVIII. *Emplaſtra.*

CANON

CANON VNIVERSALIS DE SIMPLICIBVS Primus.

1 MEdicamenta ſumuntur à Plantis, & harum partibus ſimularibus & diſſimilaribus, uidelicet radice, floribus, ſtipite, ramis, ſarculis, foliis, fructibus, ſeminibus, corticibus, ſuccis, liquoribus, reſinis, gummis.

2 Animalibus totis, ut uulpe, hirundine, motacilla, galerita, limacibus, cicadis, cantharidibus, cancris, oſtreis, buccinis, purpuris, lumbricis, tinea, &c.

3 Partibus animalium Organicis, ut capite milui, hepate & inteſtinis lupi, teſtibus fibri, renib. ſcincorum, corpore toto uiperæ excepta cauda & capite, pelle, interaneis.

Similaribus, ut pinguedine, adipe, cerebro leporis, medulla, oſſe, dente, coâgulo, lacte & eius partibus, ſanguine, tunica interna uentriculi: unguibus caprarum, aſinorum, cornu cerui, unicornis: glutino tauri, ſenecta ſerpentis, &c.

4 Animalium excrementis, ut ſtercore canum, luporum, porcorũ, bubulo, caprino, columbino: felle, urina, ſorde, pilis, ſudore, ſaliua, lana ſuccida.

Quæſi excrementis, ut ouis, melle, cera, lacte, &c.

5 *Terreis corporibus, Marinis, ut ſalibus & eorum partibus, adarce, ſpongia, alcyonio, nitro, aſphalto, &c.*

Terra multiplici.

Lapidibus, ut pumice, pyrite, iaſpide, ſaphyro, Iudaico, gagate, ſmaragdo, hæmatite.

Metallicis, ut ſalibus, nitris foſſitijs, auripigmento, Sandaracha, ſulphure, cadmia, lithargyro, chalciti, auro, argento, ſtibio, ſiuè Antimonio, &c. & horum partibus.

CANON VNIVERSALIS DE SIMPLICIBVS

Secundus.

1 *DElectus medicamentorum Simplicium ſumitur ab ipſorum Subſtantia (intelligendo hic per Subſtantiam qualitates tactrices more medicis cõſueto) craſſa, terrea, lapidoſa, arenoſa, &c. tenui, aërea, ignea, denſa, ſolida, coacta, compacta, unita, rara, laxa, fungoſa, ſoluta, graui, plena, diſtenta, benè habita: leui, inani, fungoſa, lenta, glutinoſa, γλισχρᾶ, pingui, gummoſa, reſinoſa, mucoſa, tenaci, friabili, fluxili, liquida, pinguis experti: aſpera, leni: polita, glabra: dura, molli.*

2 *Quantitate, uidelicet numero ſingulari, duali, multi-*

li, multiplici per omnes medicamentorũ ſpecies. Magnitudine uel latitudine, uel longitudine, uel profunditate, ſeu altitudine, cõiunctim uel diuiſim, digitali, pollicari, palmari, dodrantali, pedali, cubitali, &c.

3 Qualitate prima, ſecunda, tertia, Sapore, Odore, Colore, Figura, Similitudine, diſſimilitudine.

4 Situ ſiue loco, calido, frigido, humido, ſicco, temperato, uicinam habente, ſublimi, ſeu ſuperno, inferno: dextro, ſiniſtro: antico, poſtico, &c.

5 Actione ſeu operatione medicis potius quàm pharmacopœis ſcitu neceſſaria.

6 Tempore colligendi, reponẽdi & adſeruandi. Hæc ſingula latius explicãtur Syluio in pharmacopœa ſua circa initium, quẽ librum quilibet pharmacopœus familiarem ſibi facere & habere debet.

CANON VNIVERSALIS
de Simplicibus & præſertim de Plantis Tertius.

HAbet quælibet plãta & pars eius ſuã maturitatẽ, q̃ non tẽpore tantum anni & dierũ numero, ſed magis ex ipſius rei natura æſtimatur. Quæ enim perfecta ſunt, ea eligenda (niſi ſingulari aliquo conſilio imperfecta expetantur, ſicut ad roſarum

roſarum conſeruam, roſæ nondum explicatæ: ad aggreſtam uuæ nondum penitus maturæ: ad omphacinum oliuæ immaturæ ſumuntur:) quæ ultra, citraq; exiſtunt, ad medicamentorum uſum parum ſunt idonea.

In exoticis nec tempus collectionis, nec modus præparationis aut repoſitionis ſciri poteſt: ideò tantum ex ſpecie, odore, ſapore, coloreq; & alijs accidentibus iudicium fieri oportet.

CANON VNIVERSALIS DE SIMPLICIBVS Quartus.

MEdicamenta ſimplicia nõ ut colliguntur, ſeruantur: non ut decerpuntur, ſeponuntur: ſed priùs abluuntur, purgantur, inciduntur, ſiccantur, uariéq; præparantur, ut commodiùs ſeruari, & diutiùs durare, uireſq; ſuas retinere, & cũ tempus poſtulat, alijs miſceri queant.

CANON VNIVERSALIS DE SIMPLICIBVS Quintus.

IN delectu ſimplicium tria ſunt obſeruanda:

Tempus colligendi legitimum, de quo Dioſ. in præfatione.

Repoſitio commoda.

Duratio.

Præmiſ-

Præmißis itaq; Vniuerſalibus hiſce Canonib. circa diuiſionem, delectum, collectionemq; & repoſitionem ſimplicium medicamentorum, oportunum iam eſt, ut ad ſpecialiora magisq; particularia progrediamur.

De radicum itaq; delectu primum dicamus.

DE RADICIBVS.

DE RADICIBUS.

CANON SPECIALIS DE RADICIBVS EVELLENDIS ſeu colligendis Primus.

Pinionem autorum de radicum colligendarum tempore uariant. Cenſent enim alij, ut Matthiol°, Vere colligẽdas eße: plæriq; alij autũno: alij poſt foliorũ defluuiũ, ut Dioſcorides: alij oculatiùs ſtatuũt tũ demũ euellendas quum maximè medicamẽtoſæ ſint, uti Syluius.

Syluij itaq; ſententiam uerißimam quidem eſſe non ambigimus, ſi conſtaret, quando ſingulis radicibus hæc dos & uirtus quammaximè ineſſet. Rationibus itaque & experimentis inueſtigandum quod à Syluio prætermiſſum eſt.

Radices tum maximarum uiriũ eſſe credimus, quum ea ipſis adhuc adſunt, quorũ priuatione & abſentia, uires earũ minui uel aboleri cõſpicimus. Poſt florũ aũt & ſeminum perfectionem ablationemq;

DE RADICIBVS.

nemq; quarundam radicum uires nõ solùm minui, uerùm etiam ipsas radices prorsus marcescere & perire, quotidiana experiẽtia in angelica, hipposelino, petroselino, cerefolio, & omnibus annuis plantis didicimus. Quamobrẽ eos qui post foliorum casum autumno (quo tempore iam dicta radicibus contigerunt) radices euellendas putant, haud parum errare arbitramur.

Præterea rationi consonum, radices tum maximè uigere, quùm succo probè concocto abundant. Tali autem eas post hyemem uerno tempore turgere Theophrastus lib. II. cap. I. de stirpium causis pulchrè ostẽdit sub hisce uerbis: Hyems illa probatur, quæ imbrium Aquiloniorum copiam, & niuis frequẽtiam, & in totum frigora sine gelu obtineat. Quum enim arbores post partum fructuũ exinanitæ penitus sint, repleantur alimento, idq; retineant atq; cõcoquant, opus omninò est: siquidem probè germinaturæ fructificaturæque iterũ sint: Copiam igitur alimenti, imbrium largitur frequentia: retineri posse & concoqui, hyems sanè facit, dũ diu oppresserit. Radices enim quod alimẽtum uberius appetunt per totam arborem quod cœperint, expandant necesse est. Sed non prius id expedit, quàm ipsum alimẽtum coquatur & quasi in utero gestetur spacio temporis, quantum abundè sit, quod nunquam fieri possit, nisi frigus uehementius diutiusq; adiuuerit, mox enim ãris clemẽ-

mentia, germina euocat. Hactenus Theophraſtus, ex cuius uerbis colligitur, plantarum radices Vere nouo optimo ſucco eſſe uegetas, eo'que ſtatu eas quoque euulſioni peroportunas eſſe, antequã flores & ſemina producant & perficiant: præſertim Vere, quùm ſucco probè concocto abundant: niſi nos unum incommodũ, quo mouentur, qui autumno uel poſt foliorum caſum radices euellẽdas præcipiunt, remoraretur, ſcilicet quòd radices, quæ Vere leguntur, copioſiore humore quàm expedit, turgentes, autumnalibus putredini corruptioníque magis obnoxiæ ſint, ideóque minus diu adſeruari poßint, quod certè negandum non eſt. Vbi enim naturalis rerum concoctio, ibidem excremẽta generari omnium opinione comprobatum eſt. Quid igitur agendum? Expectandum quoad antedicta humiditatis redundantia per primorũ foliorum eruptionem extracta excretáq; fuerint. Hanc autem per foliorum eruptionem & editionẽ excerni minuíq;, manifeſtè oſtendit Ariſtoteles libro ſecundo de Natura ſtirpium, inquiens: Sciendũ igitur eſt, ubi humiditas adeò copioſa eſt, ut cõcoqui nequeat nec cogi, ob relaxationẽ aëris ſoliſq; euocationẽ ad ſuperiora, tunc cã ipſam ſua defraudatã coctione, in folia permutari & conuerti, quæ quidem alium ſcopum nõ habent, quàm attractionem humiditatis, & ut ſint tegumenta fructuum, ab eis inclementiam ſolis arcentia. Quam doctri-

DE RA dicibus.

nam

nam porrò exemplo olearum illustrat. Quare omnibus antedictis in unũ collatis, concludimus stirpium radices colligẽdas esse ante florum & cauliũ & seminum productionem, & post primorum foliorum eruptionem, Vere, scilicet aut æstatis initio, quum succo probè concocto turgent & crudi excrementitijq; humoris quàm minimum habent, quo tempore ipsas iuxta Syluij opinionem, summarum uirium & maximè medicamentosas arbitramur. Signum tamen huius perfectionis seu maturitatis esse posset, quãdo nec nimis molles humidæq; sunt, nec nimis duræ & lignosæ. Hæc autẽ ut maximè uera sint, necdũ tamẽ de constituto tempore cõstat, semèl ne an sæpiùs: quotannisne an ulterius citerius ue hæc collectio fieri debeat. nã uariat radicum natura. Aliæ enim quouis ferè anni tempore legi possunt, ut hortensium plærarumq; alimẽtosarum, bulbosarum, præsertim quando per se, & non operosa hortulanorum rigatione uigẽt: Aliæ solo Vere reperiuntur, ut chelidonij minoris radiculæ triticariæ, aristolochia rotunda uulgaris, &c. Adeò ut cũ Placotomo uerè dicere liceat, tẽpus effodiendi radices solis penè rhizotomis diligentioribus experientia cognosci: ut interim taceam, qui lunationes & sydera non malè obseruant. Fuerit itaq; operæ precium (ingenij prouocandi & exercitandi gratia) discriminationem aliquam naturæ radicum suffigurare hoc uel simili modi.

DE RAdicibus.

CANON

CANON SPECIALIS DE DIVERSA RADICVM natura Secundus.

DE RADICIBUS.

RAdices (ſicuti & earum plantæ) quædā ſunt ſemeſtres, ut boraginis & frumentaceorum.

Quædam ſunt annuæ, quæ ſingulis annis radicitus intereunt, ut Dauci, paſtinacæ, &c.

Quædam quaſi perpetuæ, quæ per complures annorum decurias durant, ut oſmundæ, tapſiæ, aſparagi, ruſci, fœniculi, capparum, tithymalorum quorundam, plærarumq; arborum ferè omnium.

Quædam inter annuas & perpetuas mediæ, ut angelicæ, hyppoſelini, ſmirnij Dioſcoridis.

CANON SPECIALIS DE AVFERENDA MATRICE lignea Tertius.

EST etiam quædam opinionum contrarietas de auferenda lignoſa radicis parte, quam matricem ligneam uocant, quam nonnulli è quibuſdam radicibus in longum ſciſsis auferendam cenſent, ut Syluius & Matthiolus, quidam tanquam omnium præſtantiſsimam reſeruādam, qua in opinione Cardanus eſt, lib. 8. de ſubtilit. non procul à principio, eam'que ſequenti ratione probare nititur. Quod germen effundit, hoc ſolum habet uires, quia ſolum

DE RADICIBVS.

uixit. Ideo lignosa pars, aut sola, aut maximè medicamentosa est. pullulat enim solum quod uiuit, atq; ea parte qua uiuit. In cichoria autem & similibus folia quædam etiam è cortice germinant, sed flos & semen maximè è ligno. Hæc Carad.

Ad harum opinionum ueritatem inueniendam, obseruandum putamus, aliam esse contemplationē, quum res secundum naturam: aliam quum ex usu quem nobis præstat, considerantur. Quando igitur radicum partes iuxta suas substantiæ essentiæq; conditiones, atq; etiā pro actionū operationumq; nobilitate, inter se cōparamus, uidetur Cardani opinio uera. Est enim pars lignosa cortice solidior, durior, pōderosior, & similibus qualitatibus prædita, quarū ratione magis cocta, uiuacior, incorruptibilior existit. Præterea huius actiōes nobiliores esse quàm corticis (qui solū tegumēti gratia plātis additur) ex germinis, floris, fructuum & seminis effusione & productione patet. Atq; iuxta hanc partiū considerationē, lignosā partē cortice magis medicamētosam esse cū Cardano pronunciabimus: uerū ex medicorū opinione, qui partium præstantiam ab excellentia qualitatum & facultatū metiūtur, diuersum à Cardano cēsebimus, exempli gratia: Aliquis obstructione hepatis æger curandus, medico amara aperientia quærēti, cichorij occurrit radix. hic oritur quæstio, utrum cortice uel lignosa tantū parte utendum. Respondetur ea parte maximè utendū, quæ plus eius,

quam

quam quærit, qualitatis poßidet: Cortici plus ineſſe amaritudinis quàm lignoſæ parti manifeſtißima experientia deprehendimus: quod non ſolùm in hac radice, ſed in alijs propemodum omnibus experiri licet. Quod uerò Cardanus dicit, illud ſolũ uires habere quod germen protrudit, quia ſolum uiuit, non ſatis intelligitur. Ex eo enim ſequeretur, folia, cortices, &c. nullarum eſſe uirium: & prorſus abſurdum uidebitur, niſi per uires occultas rerum proprietates, atq; has ex ſola rerum uita procedere intelligas atq; credas. Vbi itaq; occultarũ proprietatũ ratione radicibus uti uolumus, certè integras & non partes ſumendas eſſe, rationi conſonum uidebitur. DE RADICIBUS.

Hæc longius fortè produximus quàm pro canonũ norma, quos breues eſſe decet, ſed ἐξ ἐπιμέτρου ſubiectis demonſtrationibis longiores eſſe uidẽtur, ut cogitandi anſam quibuſdam relinquamus.

CANON SPECIALIS DE Radicum mundificatione & repoſitione Quartus.

RAdices primum omnium diligentißimè à terra & omnibus ſordibus repurgentur: ſi quid computruit aut corruptum eſt, cultello obradatur aut amputetur, alioqui tota radix corrumpitur: quod ſi terra nimis tenaciter adhæreſcit, & argilloſa eſt, abluatur, & ſtatim humiditas aliena uel linteo panno uel aêre reſiccetur.

DE RADICIBVS.

Radices purgatæ uel inciduntur, uel integræ filo traiecto ſuſpenſæ ſeruantur. Inciduntur quidem, ut citius exſiccari, exſiccatæ, facilius deinde (cùm uſus poſtulat) conteri poſſint. Videtur tamen melius eſſe, ſi fieri poteſt, integras ſeruari, quemadmodum gentiana, glycirrhiza, centaurium maius, &c. nam inciſæ aliquid uirium amittunt, maximè aromaticæ.

Grādiores radices, quales bryoniæ ſunt, tranſuerſim in orbiculos craſſitudine medietatis digiti minimi uel circiter inculantur atq; exiccentur. Minores & longiores, digiti lōgitudine uel circiter, fiſſæ concidantur, exempta prius medulla, ſi liguoſa eſt, ſin minus, tantum findantur, ſuſpenſæ uel in pauimentum proiectæ ſiccentur. Medulla ſi facilè eximi non poteſt, piſtillo radices tundātur & pulſentur à ſummo uſq; ad imum. Ita enim ſeparabiles redduntur.

SEQVITVR RADICVM ADSERVANDARVM Enumeratio.

A.

Radices acori ueri, quæ galanga maior uocatur.
Acori uulgaris, liliorum plauſtrium.
Atheæ, Ebiſci.
Anchuſæ.
Angelicæ hortenſis.
Angelicæ ſylueſtris.
Apij uulgaris, quod Eleoſelinum

leoſelinon cenſetur.

Apij ſatiui, quod petroſelinum nunc dicitur.

Ariſtolochiæ longæ uulgaris, clematitis.

Ariſtolochiæ longæ uerę.

Ariſtolochiæ rotundæ uulgaris radix concaua.

Ariſtolochiæ rotundæ uerę, malũ terręe.

Omnes hæ ſpecies Ariſtolochiarum effodiendæ ſunt meßibus in plenilunio, & deſquamato terreno ſeruandæ.

Ari, Aron, Arum.

Artanitæ, cyclamini, Panis porcinus.

Aſari, Baccharis, fodienda cum folia mittere incipit: & ſole non umbra ſiccanda.

Aſparagi, uulgò ſparagi.

B.

DE RADICIBUS.

BAucia, paſtiua, ſatiua ſiue, Caryota: uiridis melior eſt quàm ſicca.

Behn album, Behn rubrum } quia radices incertæ affe-runtur, præſtat radices eryngij ſubſtituere.

Boraginis.

Bryoniæ.

Biſtortæ, ſerpentariæ.

Bruſci, ruſci.

C.

CAlamus aromaticus, exot.

Capparum

Chariophyllatæ, benedictæ.

Chelidoniæ maioris, minoris.

Cichorij.

Cinaradix.

DE RADICIBVS.

Cynogloſſæ.
Cyperi rotundi.
Cyperi longi.
Cõdiſi id eſt magiſtrãtiæ ſiue obſtrutij radix.
Conſolidæ maioris, Symphyti.
Coſti amari.
Coſti dulcis.
Cacumeris ſylueſtris ſiue aſinini.
Curcuma, Cyperus Indicus apud Dioſc.

D.

DAuci, ſi uerum habemus: ſubſtituatur paſtinaca ſylueſtris
Diptami uulgaris, fraxinellæ.
Doröici, carnabadij. Coloniæ boꝛſtwuꝛtz elgen dicitur.

E.

EBuli.
Enulæ campanæ.
Endiuiæ hortenſis, ſcilicet non lactucæ ſylueſtris.
Eſulæ maioris, id eſt, characiæ.
Eſulæ minoris.

F.

Fœniculi
Filicis.
Filipendulæ.
Fraxini.

G.

GAlanga exotica.
Gentiana.
Graminis.

H.

HErmodactylus
Helleborus albus, ueratrũ album.
Helleborus niger, ueratrũ nigrum.
Hellebori nigri, uulgaris conſiligo.

I.

IArus eſt aron de quo ſupra.
Iris.
Iris illyrica ſiue florentina, quæ paſſim

pro

pro illyrica obtruditur.
Iſatidis, glaſti.

L.

LApathij acuti, oxylapathi.
Leuiſtici.
Lilij.
Liquiritia, glycyrrhiza, dulcis radix

M.

MAluæ
Mei. berwurtz

O.

OSmundæ regalis.
Ononis, reſtæ bouis
Oſtrutij, magiſtrantiæ, ſupra in Condiſi.

P.

PEntaphylli, quinq; folij tormentillæ.
Pœoniæ maſculi.
Pœoniæ fœmellæ, maris radix potius ſeruanda q̃ fœminæ, legaturq; decreſcente lu-

Petroſelini, id eſt, apij ſatiui.
Peucedanum.
Pimpinellæ germanicæ.
Phu, ualerianæ hortenſis melior quàm agreſtis, tamen propter pauperes etiam agreſtis collegi poſſet.
Plantaginis.
Polypodij, filiculæ.
Prunellorum ſylueſtriũ.
Pyrethrum, ſaliuaris.

DE RADICIBUS.

R.

RHabarbarum rauedſeni.
Rhabarbarum monachorum.
Rhaphanus, rettich.
Rhaphanus maior, Armoracia Merretich.
Rhaponticum, centaurium maius,
Rubeæ tinctorum, erythrodani.

S.

Satyrionis

Saxifragiæ.
Scilla, squilla.
Scrophularia
Secacul, siser sisarum.
Sigillum Salomonis, Polygonatum.

T.

Thapsia exotic.
Tormentillæ, heptaphylli et pētaphylli
suprà in P.
Trachelij, Ceruicariæ.
Turbit. exotic.

Z.

Zarza parilla, Smilax aspera.
Zingiber.
Zurumbeth, species zedoariæ.
Zedoaria.

DE HERBIS.

DE HERbis.

SICVT *maximæ plantæ, arbores: ita minimæ, herbæ appellantur: mediæ, & frutices & suffrutices.*

CANON DE COLLIGENDIS HERBIS.

Herbæ omnes constitutione cœli ficca & serena, atq; tempore meridiano sunt colligēdæ, sed reliqua tempora uariant.

Quædam enim solū & omninò uirides usurpantur, præsertim in usum apozematum, fotuum, cataplasmatum, enematum, &c. & hæ quouis tempore colligi possunt, ut portulaca, lactuca, borago, atriplex, beta, brassica, branca ursina, nastur-

ſturtium, parietaria, mercurialis, uiolaria, hyoſcyamo, mandragora, &c. DE HER bis.

Quædam uel ſiccandæ reponuntur, uel in ſyrupos aut alia compoſita diu ſeruanda recipiuntur. Et illæ tum demum ſunt colligendæ, quando efficaciſſimæ fuerint, idq; bifariam.

Quædam enim efficaciſſimæ ſunt, quum florent aut ſementeſcunt: aut ſaltem quando uigent folia magnitudine, colore, odore, præſertim quæ cacumini ſunt propiora, Vt abſinthium omne.

ADSERVANDA.

ANethi coma, betonica, carduus benedictus, Centaurium paruum, Calamentha, Chamedrys, chamepitys, &c. Vide apud Syluium in pharmacopœa ſub hoc eodem capite.

Quædam antequam flores & ſemina producãt, ſunt uegetiores, & proindè ante illud tempus legendæ, nam alioquin ligneſcunt. Et hæ ſolum in uigore ſunt colligendæ, ut cichorium uulgare, beta, braſſica, chondrilla, Agrimonia, lappatha, plantagines, uerbaſcũ, uerbenaca, &c.

Huc etiã refer herbas, quæ nec caulẽ, nec florẽ, nec ſemina edũt, ut adiantũ omne, aſpleniũ, phyllitida &c. Nã has itidẽ in foliorum uigore legere oportet, quando ſcilicet maxima & uirentiſſima ſunt.

DE HERbis.

Quædam licet in longum uſum, tempore florum & ſeminum, aut ſaltem uigoris foliorum colliguntur: tamen uirides quouis tempore colligi poſſunt, quando facultates earum mitiores expetimus, Vt anethum, abſinthium, abrotanum, mentha, ruta, & cæt.

CANON DE EXSICCATIONE HERbarum.

Siccantur in umbra magis, niſi quæ ſcapo ſiue caule ſunt craſſiore, aut folio humidiore, & ob id putreſcere apto.

Exſiccentur igitur in loco ſuperiore ædium perflatili, ſtrato aſſeribus dolabra leuigatis, & arctiſſimè inter ſe iunctis, ut ſemina quoq; quæ exciderint, obiter colligi poſſint.

Impendente tempeſtate aliqua, feneſtræ maturè claudendæ ſunt, ne herbæ ſparſæ à uentis in unum conuoluantur implicenturq;.

Cauendum etiam ne felibus pateat acceſſus, quæ herbas commingere ſolent, potiſſimum ualerianã, nepetam, & ſimiles, quas ſuſpendere, quàm in pauimentum ſternere præſtat.

Quidam herbas lauare ſolent, ut puluis uel lutũ ex pluuijs adſperſum aufferatur, quod in uulgarib. herbis cõcedi poſſet: Satius tamẽ fuerit, ut herbis exſiccatis uel per ſe decidat, uel manibus excutiatur.

CA-

CANON DE REPOSITIONE HERbarum.

DE HER bis.

VBI probè fuerint exiccatæ, reponantur ad facculos lineos, nõ compreſſos ſeu collapſos, ſed iuxta facculorum imum circulo uel orbe ligneo diſtentos.

In maioribus & uulgaribus herbis ſtipites ſurculiq; duriores, & quicquid lignoſum eſt, remoueatur: & ſi quæ partes corruptæ ſunt, abijciantur.

CANON DE DVRAtione herbarum.

MInus diu ſeruari poſſunt quã radices, proinde quotannis mutandæ.

HERBARVM ADSERVANdarum enumeratio.

QVæ reſeruari poßint ac debeant, notentur litera R. Reliquæ uerò quæ uirides tantum in uſum ueniunt, nulla litera notatæ quaſi immunes relinquantur.

A.

Abrotanum. R.
Abſinthium Ponticum, Romanum Meſ. R.
Abſinthiũ uulgare, R.
Aceroſa, oxalis.
Adianthum nigrum, Polytrichum. R.
Agrimonia, Eupatoriũ Dioſc. R.
Alkakengi, ſolanum ueſicariũ, halicacab. R.
Althæa, biſmalua, ebiſcus, hibiſcus, R.

Anã-

DE HER bis.

Anagallis puniceo et Cæ ruleo flore. R.

Anethum. R.

Ambrosiana uulgaris wilde ſalue. R.

Apium

Alchimilla, pes leonis Sinaro. R.

Argentina, Potentilla. R.

Artemisia rubra. R.

Asarum

Asparagus, spargus uulgò.

Asperula, Aspergula, ſternkhraudt, hertzfrid, ſtern leberkhraut. R.

Atriplex, Coloniæ Mels.

Auricula muris, piloſella. R.

B.

Balſamita, Sisimbriũ, menta aquatica rubea. R.

Betonica

Beta, welſchmöß

Blitum, Coloniæ, meiyer.

Licet hæc duo diuerſa ſint holera: Medicis tamen etiam celebrioribus ſæpius confunduntur. Nam Ioannes Baptiſta Mantuanus, quoties in conſilijs pro erbimo ſcribit blitis, intelligit betam. Betæ enim ſuccus per nares cerebrum expurgat, ſecũdũ Dioſc. li. 2. ca. 116. et Gal. lib. 8. ſimplic. Blitum autem frigidum humidum in 2. gradu aſſerit. 6. Simplic.

Borago officinarum quaſi Corago bugloſſum uerum ſatiuum.

Botrys. R.

Braſſica, infra Caulis.

Braſſica marina, infra Soldanella. R.

Bu-

Bryonia, uitis alba, radix eſt uſualis.
Bugloſſa, Cyrſium. R.
Bugla, infra prumella. R.
Burſa paſtoris. R.

C.

CAlaminthe, Nepeta montana propè Linſſam & Rolandſeck in montibus, redolet pulegium. R.
Calaminthe campeſtris. R.
Camomilla, chamæmelõ anthemis. R.
Capillus Veneris, Adiãtum album. R.
Caprifolium, infra Materſyluarum. R.
Carduus benedictus, Carducillus. R.
Carllina, muſcus marinus. R.
Chamædrys uera. R.
Chamædrys uulgaris, Coloniæ loyhe. R.
Chamæpitys, abiga, iua arthetica, iua moſchata. R. DE HERBIS.
Cataputia minor, Lathyris.
Cauda equina, equiſetũ, hippuris Coloniæ, ſchuerkraudt.
Caulis, Braſſica.
Centinodium Sanguinalis maſcula, corrigiola, Polygonũ mas. R.
Cerefolium, Cherephyllon.
Chelidonium maius.
Chelidonium minus, apium hæmorrhoidũ. R.
Ceterach, Aſplenum, Scolopendrium uerum. R.
Cicerbita, infra Sonchus.
Cichorium. R.
Cicuta.
Cypreſſus herba, chamæcypariſſus, abrotanũ fœmina.
Cynogloſſa.
Conſolida maior. R.

Craſſu-

Crassula, faba inuersa.
Cucumer syluestris asininus.
Cuscuta, Cassutha. R.

D.

Dictamnus Creticus herba dictamni. R.

E.

Ebulus. R.
Endiuia satiua, intybus. R.
Eupatorium Mesue graciola.
Eupatorium uulgare quod est Auicennæ, Coloniæ quastbrudt uulgò. R.
Eufrasia, Euphragia. R.
Empetrum Tragi, hernia herba, herba cancri, millegranum, Saxifragia quorundam. R.

F.

Foeniculum marathrum.
Flammula.
Fragaria, herba fragorum. R.
Fumus terræ, fumaria, capnos. R.

G.

Gallitrichum, scarlea, orminũ satiuũ. R.

H.

Hedera arborea
Hedera terrestris, Chamæcissus. R.
Herba paralysis, uerbasculum odoratum. R.
Hypericum. R.
Hyssopum. R.

I.

Ivsquiamus, hyoscia mus, herba Apollinaris, altercum. R.

L.

Lactuca
Lappa maior, personatia, bardana
Lappa minor, Xanctium.
Lapathum, lappatiũ acutũ, oxylapathum.
Lepidium maius.

Lingua

Lingua Ceruina, infra Phyllitis inter folia.
Linaria, oſyris.
Lupulus, Humulus, lupus ſalutarius.

M.

Maiorana, Amaracus, ſampſychus. R.
Malua. R.
Malua ſatiua criſpa. R.
Marrubium, praſium album. R.
Materſyluarum caprifolium. R.
Matricaria. R.
Melilotum, ſiue albũ ſiue citrinum. R.
Meliſſa, apiaſtrum, meliſſophyllon, citrago. R.
Mentha. R.
Mentha ſarraconica. R.
Mentaſtrum, menta ſylueſt. die groſſe raw mynts.
Mercurialis mas, fœmina. R.
Milleſolium, Stratiotes myriophyllon. R.
Morſus Diaboli. R.
Myrthus. R.
Morſus gallinæ, Alſine, Coloniæ, myhr.

N.

Nardus Indica, Spica nardi exotica. R.
Naſturtium.
Naſturtium aquaticum, Cardamine.
Naſturtium album, thlaſpi.
Nepeta, vulgò nfechs thatzenmüntz. R.

O.

Ocymum chæriophyllatum klein krauß baſilyck.
Origanum.

P.

Parietaria.
Perfoliata. R.
Perſicaria maculata hydropiper

Piper

DE HER bis.

Piper murarium.
Plantago.
Polytrichon, trichomanes, adiantũ nigrum. R.
Polium. R.
Primula Veris, supra herba paralysis.
Prunella, brunella, bugla quibusdã dicta. R.
pulegium. R.

R

Rosmarinus. R.
Ruta satiua hortensis. R.
Rubi cimæ. R.

S

Sauina, Sabina. R.
Saliua. R.
Saniculum. R.
Satureia, uulgò schrey R.
Scabiosa. R.
Scariola.
Scolopendrium uerum, Supra in Ceterach.
Scordium uerum. R.
Semperuiuum maius, Sedum maius.
Semperuiuum minus.
Senecio, Erigeron.
Serpillum. R.
Sisymbrium, barbarea uel herba Sanctæ Barbaræ apud Fuchsium uulgò Winterkarß .q. d. nasturtium hybernum. R.
Solatrum, Solanũ, Strichnon.
Soldanella, brassica marina. R.
Sonchus, cicerbita.
Spica celtica Romana nardus celtica exotica. R.
Spinachia.
Stoechas uera. R.
Stoechas citrina. R.

T

Tanacetum, Athanasia. R.
Tapsus barbatus, Verbascum. R.
Taraxacon, hieracium, dens Leonis. R.

Thimus.

Thimus. R.
Thimbra, Satureia syl-
ueſtris
Thlaſpi, Burſa paſtoris
maior.

V.

VErbena. R.
Veronica. R.
Vinca peruinca, Clema-
tis Daphnoides.
Vngula caballina, Tuſsi-
lago, bechion.
Vrtica maior
Vrtica minor Roma-
na.

X.

XAnction, ſupra lap-
pa minor.

PARTITIO PLANTARVM.

DE FO-
lijs & Ad-
natis.

PLantarum partes aliæ ſunt ueræ & eſſentiales, eæq; uel ſolidæ, ut radices, ſtipites, ligna, medulla, cortices, rami, ſurculi, folia, flores, ſemina, fructus: uel liquidæ ut ſucci: aliæ non ueræ ſiue accidētales, ut reſinæ, gummi: aliæ adnata, ſiue quaſi excremēta, ut muſcus, Viſcus, fungi.

DE FOLIIS QVIBVSDAM Et Adnatis.

FOlia ſunt latiores & tenuiores partes plantarum.

CANON DE FOLIIS.

FOlia non niſi perfectis & maturis plantis decerpantur, (exceptis oculis populi) & ſint minimè flaueſcentia.

ENVMERATIO.

A.

AGaricus, olim pro radice falsò habitus.

F.

FVngi sambucorũ uulgò Judas ohr.

G.

GAllæ omphacitides.

L.

LAuri.

M.

MAlabathrum, foliũ indi exot. In huius locum Mauri inuexerunt folium laurino proximum, sed maius, & neruis tribus folium intercurrentibus distinctum, odore iucundo.

Mezireon, Thymelea, quum ignorẽtur, substituendum putamus folia lathyridis.

N.

NEnupharis, nymphæa.

O.

OCuli populi, germina populi,

P.

PVlmonaria, muscus latifolius, lichen.

Pulmõaria buglossoides.

Q.

QVerc.

S.

SEnæ

Senæ Alexandrinæ.

Scolopendriæ uulgaris, lingua ceruina.

V.

VIolaria, folia herbæ uiolarum.

Vsnea, muscus.

Vuularia, hypoglottis.

DE FLORIBVS.

CANON DE FLORIBVS.

FLores decerpẽdi sunt uigore suæ maturitatis, uidelicet, non dehiscentes aut decidui, (rosis exceptis, quibus ad cõseruas utimur: Eæ enim ant ꝙ aperian-

periantur auelli debent. Flores etiam capparum & gemiſtæ condiendi, nondum explicati auelluntur) tempore promeridiano, rore abſumpto calore ſolis: Alioqui enim propter humiditatem alienam facilè corrumpuntur. Deinde in umbra exſiccandi, ſi odorati ſunt: Sin minus, ſub dio. Peregrini flores, ſicut et indigeni, nequaquam ſint exoleti. Nam bona pars uirium cum odore exſpirat. DE FLO ribus.

Quam diu itaq; coloris & odoris gratiam retinent, tamdiu adſeruari poſſint, quod in paucis ultra annum non contingit.

A. ENVMERATIO.

AGni caſti, uiticis.
Anethi.
Anthos, Roſmarini.

B.

BAlauſtiæ, ſylueſtris punici flos.
Betonicæ.
Boragis. i. ucri bugloſſi.
Branellæ.

C.

CAmomillæ, chamæmeli.
Capparum tuberoſorum nondum dilatorum.
Caprifolij.
Carthami, Cnici.
Centaurij minoris.
Cichorij.
Croci.
Cuſcutæ cum floribus.

E.

EPithymi, quanquam epithymū Arabicū eſt potius caſſutha thymi, quàm flos.

F.

FAbarum,
Flores frumēti. i. Cyani.

G.

GEniſtæ, Sparti.

H.

HErbæ paralyſis.

K.

KEiri, cheiri, uiolæ lu-

tæ, leucoÿ dicti.

L.

LAbruſcæ.
Lauendulæ.
Liliorum alborum.
Lupuli.

M.

MAluæ hortenſis & Sylueſt.
Meliloti citrini uel albi.
Meliſſæ, meliſſophylli
Myricæ falſæ, Ericæ.
heid.

N.

NEnupharis, nymphææ, Vngalæ caballinæ, aquaticæ.

P.

PErſicorum.
Prunellæ.

R.

ROſæ albæ & rubræ, reſeruandæ colligantur foliis nõ oĩno extẽſis.

S.

SAmbuci
Schœnãthi, iunci odorati, flores iam non adportantur.
Stœchadis Arabicæ.
Stœchadis citrinæ, amaranthi flaui.

T.

TAnaceti.
Tiliæ.
Tapſi barbati, Verbaſcæ

V.

VIolarum.
Vrticæ mortuæ.

DE SEMINIBVS.

DE SEminibus.

Emen eſt ea pars plantæ, ex qua in terram proiecta, ſimilis planta producitur.

Differt à fructu ſicut pars à toto, contentum à contmente: Ficus, uuæ, poma, pira, ſunt fructus: grana in illis contenta, ſemina ſunt.

Omnes fructus habent ſemina, ſed non è conuerſo: non

ſo: non omnia ſemina fructu contimentur, ut ſemina aniſi, fœniculi, milij ſolis.

CANON DE SEminibus.

SEmina matura, paleis, feſtucis, pediculis, lapillis, reliquiſq; parergis repurgata, et leuiter exſiccata ad uſum medicamentorum reponũtur, in loco ſicco non calido. Repurgandi autem ratio uariat. quod enim leue & puluerulentum eſt, mouẽdo hinc inde & inflando in aërem diſſipatur, uel cribo anguſtiore excernitur. Sunt aũt ſemina manibus prius fricanda, ut quod leuiter hæret & alienum eſt, tollatur: lapilli & harenæ propter grauitatem ipſorum in fundo colliguntur.

Semina maiora & rotunda ut Coriandri, in tabulam inclinatã & leuiter manu pulſam, in uas ſubiectum, relictis lapillis deuoluãtur: Quæ hac ratione ſeparari nequeunt, uirgula in cuius ſummo cera ſigillatoria agglutinata eſt, ſigillatim attingantur & remoueantur.

ENVMERATIO.

A.

Acetoſæ
Acini, uulgò gigartæ γιγαρτα
Agni caſti, uiticis.
Althææ.
Aminios exotic.
Amomi exotic. officinarũ nigrũ eſt ſemen & cenſetur eſſe Siſon Dioſc.
Aniſi.
Anethi.
Aſparagi
Anthera, ſemen roſarũ.

DE SEminibus.

Aquilegiæ.
Atriplicis meldſam.

E.

Baſiliconis, ocymi, βασιλικόναρπος.
Bruſci, Ruſci.
Buniadis.

C.

Cannabis
Cardamomũ maius.
Cardamomum minus.
Carthami, Cnici.
Cataputiæ maioris, ricini.
Cataputiæ minoris.
Carui, Cari.
Caulis braſſicæ.
Ceparum.
Cimini Cumini.
Citri, Citrei mali.
Citrulli.
Cicutæ.
Coti, bombacis.
Cotoneorũ, Cydoniorũ
Coccum gnidium.
Colocynthidis.
Coriandri.
Cucumeris.
Cucurbitæ.

D.

Dauci.

E.

Endiuiæ
Erucæ.

F.

FOEniculi
Fœnigræci.

G.

GEneſtæ
Grana tinctorũ, Kermes. Coccus baphica.
Grana paradyſi.

H.

HArmel, ſemen rutæ ſylueſtris, beſamum, beſaſa.

I.

IVſquiami, hyoſciami.

L.

Lactucæ
Leuiſtici.
Lingua auis ſemen fraxini.
Limi.

M.

Magi-

MAgiſtrãtiæ, oſtrutij
Maluæ.
Maioranæ, Amaraci.
Melonum.
Milium ſolis, grana ſolis,
Lithoſperon,

N.

NAſturtij, Cardami.
nigellæ, Melanthij,
gyth.

O.

OSſa dactylorum, pal
mularum nuclei.
Orobi, Erui inter legu
mina.

P.

PApauer album
Papauer nigrum.
Paſtinacæ
Pæoniæ
Petroſelini
Petroſelini Macedonici,
oluſatri.
Pſyllij
Plantaginis
Portulacæ.

R.

RHaphani
Raporum.
Rutæ.

S.

SAnti, Zedoariæ, San
tonicum
Saxifragiæ.
Scariolæ.
Sileris montani, Siſelios.
Sinapi.
Siſamini, ſeſami.
Staphys agria, Vua tami
na pituitaria, pedicu
laris.

T.

THlaſpios.

V.

VIolarum.
Vrticæ.

DE FRVCTIBVS.

DE FRV ctibus.

FRVCTVS eſt id quod ultimò planta pro fert ad ſpeciei conſeruationem & propaga tionem, conſtans ut plurimum carne & ſemine:

DE FRV ctibus.

& dicitur potißimum de grandioribus plantis, uẽ ſunt arbores, frutices, ſuffrutices &c.

CANON DE FRVCTIBVS.

FRuctus priuſquam decerpantur probè maturi ſint oportet, (niſi data opera immaturi expetantur) deinde exſiccentur, uel in aëre expoſiti ſoli ac uẽtis ſeptẽtrionalib. aut oriẽtalibus, uel in clybano, ubi in aëre id fieri neqt, quod expeditius eſt. Qui in aëre pendent, ne à muſcis cõtaminentur, aut telis araneorum obducantur, uidendũ eſt: Qui uero in clybano exſiccantur, ne comburãtur cautio eſt, id fit ſi poſt extractum panem imponantur: Quod ſi non quantum ſatis eſt, una uice exſiccati ſunt, poſtri die iterum immittantur.

Exſiccati arctißimè in ſportã uel uas aliquod cõpingantur, & in loco temperatiore ſeruentur: Ita enim nec ſitũ facilè contrahunt, nec corrũpuntur, nec nimiũ ſiccãtur. Quidã fructibus folia interponunt.

Oleoſi fructus ut iuglãdes, amygdala, pineæ, melius ſparſim quã aceruatim aſſeruãtur. Nã in aceruos cõgeſti, facilè incaleſcũt & rãcidi fiũt, maximè in loco & tẽpore calidiore: ſeruãdi ergo loco frigidiore.

ENVMERATIO FRVCTVVM.

A.

Alkakengi, halicacabi.

Amygdala dulcia amara

Ana-

Anacardi, Anacardia
Antophyllon eſt enor-mius Caryophyllon.
Arantia, arangiæ, aurea mala.
Auellanæ, nuces ponticæ, preneſtinæ.

B.

B *Accæ lauri*
Berberis.
Ben, granu Ben, Balanus myrepſica, glans unguentaria.

C.

C *Aricæ, ficus paſſæ.*
Caryophyli, Caryophylli.
Cerpobalſamum.
Capparis.
Caßia fiſtula, ſiliquæ ægyptia.
Ceraſa.
Cibebæ.
Citrea mala, medica mala, aurea etiam quibuſdam dicta.
Colocynthis.
Citonia, cydonia: Struthia cydõia fœminina
Cubebæ.
Cucumer hortenſis, ſylueſtris.
Cucurbitæ.

DE FRVctibus.

D.

D *Actyli, Palmulæ*

F.

F *Ficus.*
Fraga.

G.

Glandes.
Granata, mala punica.
Granata iuniperi, baccæ iuniperi.

H.

H *Ederæ arboreæ baccæ maturæ, nigræ, ſeptentrionem ſpectantes, prout licet.*

I.

I *uiube, Zizipha.*
Iuglans, nux regia.

L.

Limones.

DE FRV ctibus.

M.

MEſpila, aſſeruentur ſaltē oſſa ſiue nuclei meſpilorum.
Myrtilli, myrti baccæ.
Mora, mora celſi.
Mora rubi, bati, ſentis.
Mora rubi Idæi.
Myrabolani, bellirici, chebuli, citrini, emblici, indi nigri.

N.

NVx cypreſſi, coni cypreſſi, galbalus.
Nux Indica.
Nux moſchata, myrepſica, aromatica.
Nux pini, ſtrobyli, coni, coccali, pineoli.
Nux uomica, nux uomitoria.

O.

OLiuæ.
Oliuæ conditæ, halmades, colymbades.

P.

PAſſulæ.
Perſica
Piper album, Leucopiper nigrum, melanopiper longum, macropiper.
Piſtacia, fiſtici.
Pira aromatica, moſcatellina uulgò dicta.
Poma.
Poma agreſtia.
Pruna Damaſcena acida, Hungarica, dulcia.
Prunella ſylueſtria.

R.

RIbes.

S.

SEbeſten, myxa, myxaria.
Senæ folliculi.
Sena Alexandrina
Sorbæ.
Sumach, rhus.

T.

TRibuli aquatici, nuces aquaticæ uulgò.

V.

VVæ paſſæ & Corinthiæ, Xylocaracta, Xyloceratia, Siliquæ.

DE

DE FRVMENTACEIS ET *leguminibus*

CANON.

FRumenta & frumentacea, quãdo & quo modo sint colligenda, & quomodo seruanda, notum est. DE FRVMẽTACEIS.

Frumẽtacea quædã simpliciter reponũtur: quædã corticibus ablatis, quemadmodũ hordeum excorticatum, quæ ptissana dicitur, oriza, &c.

ENVMERATIO FRVMENTAceorum & Leguminum.

A.

AVena.

C.

CIcer album et rubrũ.

F.

FAbæ.

H.

HOrdeum.
Hordeũ excorticatũ

L.

LEntes.
Lupini, præsertim amari.

M.

MIlium.

O.

ORiza,
Orobus, Eruum.

P.

PIsa.

S

SPelta, zea.
Secale
Triticum.

DE LIGNIS.

LIgna sunt partes plantarum firmißimæ, & tanquam ossa in animalibus durißimæ. DE LIgnis.

Enume-

SIMPLICIA VSVALIA IN ENVMERATIO.

A.

Aloës lignũ, Xyloaloë, agallochus, ut quidã putant: alijs enim uidetur esse aspalathũ.

B.

Bvxus.

C.

Cvpreßi, cypressus.

G.

Gaiacum, guaiacum.

I.

Iuniperinum.

P.

Præsilium, berßilium. uerzinium.

S.

Santalum album, citrinum, rubeum.

T.

Tamariści, tamaricis, myricæ.

V.

Viscus quercinus ex saltibus Bohemicis

X.

Xylobalsamum, lignũ balsami.

Xylocasia.

DE CORTICIBVS.

DE CORticibus.

Cortices intelligimus, uel fructum, ut arancij, citrei, granati, &c. uel radicũ arborum, ut capparis, tamaricis, fraxini, sambuci, thuris, &c. Vel Radicum herbarum, ut ebuli, apij, petroselini, fœniculi, &c. de quibus in radicibus dictum est.

CANON.

Cortices arborum craßiores aut manu auellantur, cum leuiter adhærent: aut cum tenacius adhærent, ferro abscindantur: Tenues uerò & membranosi abradantur.

Radicum

Radicum cortices (ita autem appellatur reliqua ſubſtantia præter medullam) hoc pacto parantur. Findantur radices per medium, uel pulſentur piſtillo à ſummo uſque ad imũ: deinde eximantur medullæ & abijciantur. DE CORticibus.

Cortices noſtrates diligenter exſiccentur: Exotici eligantur, qui nec ſitu obducti, nec aqua ſubmerſi, aut excocti, nec teredine corroſi ſunt, condantur arculis ligneis.

ENVMERATIO.

A.

Aranciarum ſeu aranciorum.

C

Caſiæ ligneæ.
Cinamomi, Canellæ
Citrei mali, citri uulgò
Cupulæ glandium, colliculi glandium.

E.

Ebuli rad.
Eſulæ radicis.

F.

Fraxini rad.

G.

Gaiaci ligni.
Granatorum, pſidia uulgò, ſidia Gal. Malicorium latinè.

I.

Iuglandium uiridium.

M.

Macis autẽ Arabũ, membrana extima nucem moſchatam propè tota ueſtiens, ſatis frequens eſt.
Mandragoræ rad.
Acere ueterum iam caremus.

P.

Prunelli ſylueſtris rad.

Sam-

S.

SAmbuci rad. & caudicis, Canopus apud Aeginetam.

T.

TAmariſci, tamaricis, myricæ, radicis po-

tius q̃ caudicis.

Thymiama, falſo & impropriè dicta ſtorax calamita rubra, quæ eſt puriſſima gutta ſiue reſina, Narcapthon Thuris.

DE AQVIS DISTILLATIS.

DE Aquis diſtillatis.

AN in medicina opus ſit diſtillatis: An diſtillata ſimplicium uires habeant, medicis excutiendum relinquitur.

QVID DISTILLARE.

QVid diſtillare ſit, uulgò notũ eſt, Chimici ſublimare uocãt. Eſt nihil aliud diſtillare, q̃ tenue à craſſo p ſe ſine adminiculo cuiuſdam liquoris, uel addito aliquo liquore, ui caloris elicere atq; ſeparare.

Nouum eſt inuentum, & ueteribus pharmacopœis medicisq; prorſus incognitum, ac principio per chymiſtas proditum.

DE MODIS ALIQVOT Diſtillandi.

VArij ſunt modi diſtillandi, qui his duobus tanquàm extremis generibus continentur, uidelicet, per deſcenſum & aſcenſum.

PER DESCENSVM prior eſt, & fit hoc modo. Acci-

do. Accipe ollã in fundo facto exiguo foramine, eã impletã lignis conciſis, operculo impoſito, luto obſtrue, & impone alteri ollæ in terrã defoſſæ: Poſtea circumpone ignẽ aliquot horis, donec quicquid pingue & aquoſum eſt effluxerit. Remota poſtea ſuperiori olla, inferiorẽ accipe, & oleum exime, atq; ab aquoſitate ſecerne. Ad hunc modum pix liquida, oleum Iuneperinum nigrum, oleum ex gaiaco, ex fraxino, & ſimilia parantur. DE AQUIS DISTILLATIS.

Cognata eſt huic modo diſtillatio florum & herbarum, quæ fit per deſcenſum, uidelicet, accipitur mortariũ, uel olla ænea, & tegitur linteo panno firmiter undiquaq; ſuccincto et colligato pãno, impone quicquid diſtillare uolueris, uerbi gratia: Folia roſarum, deinde patinã prunis impletã immediatè impone roſis: Ita deorſum aqua diſtillabit ſatis bona & fragrans. Tantum cauendum eſt, ne flores adurantur, & aqua aduſtionem reſipiat.

Quidã inter materiã & uas ignẽ cõtinens, chartã mundã interponũt, Ita minus facilè illã aduſtã iri credũt. hæc ratio diſtillãdi idiotis & mulierculis familiariſſima eſt, ſed tamẽ nõ cõibus rebus idonea. Nã fraga, baccæ Rubi, impoſita mole qualicunq; cõprimuntur, & ſuccum ex ſe remittunt, non aquam.

PER ASCENSVM diſtillatio triplex eſt, in Alembico, balneo Mariæ, ut uocant, & Veſica.

Primus modus eſt: Accipitur uas aliquod æneũ uel ferreum, aut teſtaceum, altitudine quatuor digi-

DE Aquis distillatis.

torum, quod completur conciſis uel integris heribis, uel floribus, ſubſtrata prius arena: deinde imponitur aliud ſtanneum, uel ex alia materia, figura pilei acuminati, aut rotunda roſtrata, & exactè ſubiecto iungitur, atq; ita aqua ſubiecto igne elicitur.

Secundus modus fit in duplici uaſe, quod & diploma dicitur. Imponitur uas uitreum aut ſtanneũ, continens plantam, in aliud uas aqua plenum & colophone roſtrato exactè tegitur: deinde continuò feruente aqua exſtillat per canalem liquor aqueus. Hæc ratio elegantior eſt priore, ſed laborioſior & ſumptuoſior, uocatur diſtillatio per balneum Mariæ.

Tertius modus eſt: Accipiatur cuprea ueſica chymica, impleatur tertia pars materiæ, & addatur duplum ferè aquæ, colophone impoſito, ſinatur aqua exire, donec ſapor et odor mutẽtur, hic enim terminus eſt.

Reſtat alius modus primo admodum affinis, quando organum cupreum uel uitreum figura ueſicæ oblongæ in aliud uas altum imponitur, & ultra dimidium arena uel cinere, uel ſcoria ferri obruitur, quæ ſemper caleat, atq; ita colophone impoſito liquor elicitur.

Cognata eſt huic inſtrumentum Retorta dictũ. figura parum uariat. nam collum adũcum uel inflexum habet. Vſus eius eſt in arena, & ualidũ ignẽ requirit: nõ erigitur ut reliqua: ſed in latus collocatur.

Hoc

Hoc pacto oleũ terebinthinæ et similia parãtur.

Reliqui modi distillandi in sole, fimo, musco, uinaceis, & similibus, parum ad institutã artẽ faciũt.

CANON.

Licet ex omnibus simplicibus, etiam animalibus & mineralibus distillatio fieri posßit, in præsentiarũ tamẽ agimus de ea quæ fit ex herbis & floribus, quæ uasis uitreis aut a *figulinis administranda erit potiùs quã plumbeis, idq; per diploma siue balneũ Mariæ: licet cõmodior sit ratio quæ fit uase materiã cõtinẽte distillandã, sub* b *cineribus (quod magis placet) aut arena in fornace sepulto, et igne cineribus aut arenæ subdito. Sic enim tẽperatior est calor, cõmodiusq; humor exstillat, & melior est, priorq; posteriori quodãmodo similior est, etiamsi ex oĩbus quæ distillãtur, liquor qui primò qui secundò, quiq; postremò elicitur, aliquantulum inter se differant.*

Sed & ignem moderari oportet, ut materia nec aduratur, nec nimiũ feruendo dilatetur ac diffluat, maximè dum acetosa, bugloßum, borago, tormentilla distillatur. Præstat igitur ex carbonibus quàm lignis parari ignẽ. Ille enim æqualior quàm hic est.

Porro aquæ distillatæ per aliquot dies soli exponi debẽt in uasis linteo aut mẽbrana perforata obturatis, ut q̃cquid excremẽtosum est, resoluatur simulq; exßpiret empyreuma, q̃ in aqs distillatis remãserat.

a Figulina aũt illa uasa ad lapideã seu vitream formam percoqui debent, quod nusquã commodius fieri potest, quã hic. Quia terra Sigburgen. quã proximè oĩm terrarũ ad vitri formã & esse tiam accedit.

b. Quia nõ est blãdior potus balneum marię distillatio, quã per cineres. Cineres enim nunquã excãdescunt seu igne

D ENV-

DE Aquis distillatis.

ENVMERATIO AQVARVM DISTILLATARVM ADseruandarum.

Abrotani.
Absinthij.
Acetosæ.
Agrimoniæ.
Alkakengi.
Ambrosianæ.
Anethi.
Artemisiæ.
Artentillæ.
Apij.
Betonicæ.
Boraginis ex herba.
Brunellæ.
Bugloßi.
Calamenthi.
Calendulæ, calthæ.
Caprifolij.
Cardui benedicti.
Ceraſorum nigrorum.
Chaerefyllen.
Centaurij minoris.
Chamedryos uulgaris,
Loyhe.
Chamæpithyos.
Chamæmeli.
Chelidonij ex herba.
Cherephylli, cerefolij.
Cichorij.
Conſolidæ maioris.
Corticum iuglandium.
Cuſcutæ.
Dentis leonis.
Ebuli.
Endiuiæ hortenſis.
Enulæ Campanæ.
Eupatorij uulgaris.
quaſſkyrüdt.
Euphragiæ.
Fœniculi.
Florum fabarum.
Florum nymphææ alborū
Florum ſambuci.
Florum tiliæ.
Fragorum.
Fragariæ.
Fumiterræ.
Geniſtæ.
Graminis radic.

Hederæ

Hederæ arboreæ.
Herbæ paralyſeos, primulæ ueris.
Herbarum capilli, utpote adianti. Capilli ueneris, trichomanis, polytrichi.
Hyperici.
Hyſſopi.
Iuniperorũ, granorum ſcilicet.
Keiri.
Lactucæ.
Lappathi acuti.
Lappæ maioris, bardanæ.
Lappæ minoris, Xanthij.
Leuiſtici.
Liliorum alborum.
Lupulorũ aſparagorũ.
Maioranæ.
Maluæ
Marrhubij.
Matricariæ.
Menthæ.
Meliloti.
Meliſſæ.
Millefolij.
Mororum Celſi.
Naſturtij.
Naſturtij aquatici.
Origani.
Papaueris.
Parietariæ.
Petroſelini.
Pimpinellæ.
Plantaginis.
Portentillæ.
Portulacæ.
Pulegij.
Quercus foliorum.
Raphani maioris, minoris.
Roſarum albarum, rubrarum.
Roſmarini.
Rosmatutinus.
Rutæ.
Sabinæ.
Saluiæ.
Scabioſæ.
Scolopendriæ uel linguæ ceruinæ, uel ſcolopendriæ ueræ.
Serpilli.
Solatri.

DE Aquis diſtillatis.

Valerianæ.
Verbasci, tapsi barbati.
Verbenæ.
Veronicæ.
Violarum.
Vngulæ caballinæ.
Vrticæ græcæ.

DE SVCCIS, LIQVORIBVS & Lachrymis.

DE SVCcis & liquoribus.

HAE tres uoces passim confunduntur, præsertim apud Græcorum autorum interpretes Latinos, quum tamẽ naturarei penitus perspecta, distingui commodè possint ac debeant.

Χύλος, enim siue succus, est, qui contusione & quassatione exprimitur, eiusq; operatio χύλισις dicitur: ὀπός uero & liquor est, qui incisa uel scarificata aut terebrata plantæ, alicuius parte exstillat siue emanat, eiusq; operatio ὄπωσις dicitur.

Ἀκμυον autem siue lachryma, est, quod sua sponte ex plantæ alicuius parte aliqua promanat, & concrescit uel in gummi uel resinã, ut paulò post insinuabitur sub cap. gummium & resinarum. Sic Dioscor. in acacia præter χύλισιν siliquæ eius docet etiam gummi ex spina eius promanare. Idem in radice Peucedani.

Hæc differentia liquido manifesta est apud Dioscoridem compluribus in locis: sed ne longius abeas, uide cap. de Peucedano, & cap de Papauere satiuo, & cap. de thapsia.

Sed

Sed non facilè deprehendas hanc differentiam apud Ruellium interpretem latinum, qui in allegato cap. de Peucedano, ualdè inconsyderatè hæc tria uocabula, Succum, Lac, & Lachrymam confundit. Sed hoc uitium commune est omnium ferè interpretum, qui puriorem latinitatem affectant. Nam quùm diserti & copiosi uideri uolunt, primam eloquentiæ laudem, orationis uidelicet perspicuitatem amittunt, non ausim dicere turpiter perdunt. Optandum igitur esset, ut in gratiam tyronum medicinæ pariter & pharmacopœorum, doctus aliquis non affectatus, minimèque ambitiosus, Dioscoridem magis consyderatè, magisq; uniformiter uersum nobis daret.

DE SVCcis & liquoribus.

CANON DE SVCCOrum & Liquorum extractione, Confectione, & Repositione.

Χυλωσις, id est succorum expressio & collectio, fit uel ex foliis & germinibus per se tritis, uiridibus scilicet & succulentis.

Vel ex fructibus, ueluti ex uua immatura, malis punicis, sorbis, mespilis, prunellis syluestribus, cydoniis limonibus, &c.

Vel ex herbis pauco humore eo'que lento præditis, ut hedera, portulaca cotylidone, semperuiuo, &c. quæ opus habent admissa aqua aut alio liquore illarũ facultatib. simili, inter terendũ, ut

DE SVCcis & liquoribus.

expreßione, unà cum ipso humore extrahatur: Aut si tusæ calatho imponãtur loco frigido, ut paulatim succus in subiectũ catinum defluat.

Vel ex radicibus & herbis siccis, aut pauco humore præditis, ut est lentiscus, absinthiũ, glycyrrhiza, centauriũ maius, gentiana, &c. Succus aũt hac ratione extrahitur: Quinq; uel pluribus diebus in aqua macerantur, deinde in eadem aqua coquuntur, donec crassescat: colata postea aqua denuò coquitur, quoad mellis craßitiem habeat: tũ in sole siccatur, ac in pastillos conformata reponitur.

Ὄπισις, id est, liquoris per uulnerationem siue scarificationem exceptio: fit itidem ex prædictis uidelicet folijs, germinibus, caulibus, fructibus.

Quædam pariter et ὀπῖζονται & χολῖζονται, ut apud Dioscor. caules & radices peucedani: Papauer item satiuum, undè meconium & opium.

ADSERVANTVR aũt & reponuntur tum succi, tũ liquores: uel liquidi in uase angusti oris, superfuso oleo digiti craßitudine, aut sale insperso, sicuti de omphacio constat:

Vel siccati siue inspissati, aut in sole aßiduè mouendo, ut Diosco. cap. de Centaurio minore: Eidem ex recenti radice mandragoræ: item ex hypocisthide, item liquor thapsiæ:

Aut in umbra, ut acatiæ succus apud Dioscor. Item Peucedani liquor apud eundem.

Aut in

Aut in clybano uel furno, aut alio loco calido ſicco incluſi ueſicæ atq; ſuſpenſi.

DE SVCcis & liquoribus.

Aut coquendo inſpiſſantur, ut ſuccus glycyrrhizæ, prunellorum ſylueſtrium, cydoniorum. Aſſiduè autem mouendi ſunt ſucci, dum coquuntur ligneo inſtrumento, donec ſatis ſolidi eſſe uidentur, ne aheno adhærentes adurantur. Poſtea remoti ab igne, collocentur in loco calido & ſicco, ut quod neglectum eſſe uidetur coquendo, paulatim exſiccando compleatur.

Aliquando ſuccis mel uel ſaccarum additur, ut in pane cydoniorum (ut uocant) uidere eſt. Sed quando ſuccis mel uel ſaccarum additur, tunc uulgò dicitur Rob. *licet* Meſues *in rob myrtino contrà docet: ſed magis contra inualuit uſus.*

Porrò modos aliquot reponendi & adſeruandi ſuccos uide infra in claſſe Rob. *tit. 3.*

ENVMERATIO SVCCORVM ET LIQVORVM Adſeruandorum.

ABſinthij ſuccus inueſica inſpiſſatus.

Acacia uulgaris, ſuccus prunellorum ſylueſtrium inſpiſſatus,

Noſtri ex Brabantia important: Succus autem prunorum agreſtium, quo acatiæ loco utimur, etiam hic commodè parari

DE SVCcis & Liquoribus.

possēt, hoc modo: Baccas prunæ syluestris aqua in uase pauca, aliquot dies maceratas coque, cola, recoque, donec crassescant: serua qua uoles figura, si uis, in uasculis.

Acetum.

Acetositas citri mali.

Agresta, omphacium.

Aloë succotrina, hepatica, caballina.

Amylum.

Apij succus adseruatur expressus liquidus supaffuso oleo.

Asa dulcis, Bēzoi, ex Taprobana insula hodiè.

Asa fœtida, Laserpitiū Syriacū aut Medicum.

Betæ
Brassicæ } recentes habe ri possunt.

Elaterium, Cucumeris syluestris.

Eupatorij uulgaris more absinthij inspissatus.

Eupatoriæ itidē Mesuanæ uidelicet Gratiolæ.

Glycyrrhizæ, ex Venetijs et emporijs importātur.

Hypocisthis, ex ēporijs importatur.

Iridis nostratis succus in præsentē usum exprimitur.

Ladanū ex emporijs.

Lyciū itidē ex emporijs, sed undè cōficiatur, nō cōstat. Paretur non ex periclymeno, sed potius ex baccis pyracanthiæ nostræ uulgaris hagedorn.

Manna mel aērium, Aëromeli, Drosomeli.

Oleum.

Oleū crudū, omphacinū.

Olea simplicia reliqua (ut amygdalarū) licet huc pertinēāt. Sunt enim nihil aliud q̄ pinguesrerū succi: Tamē sub ima classe comprehendemus oīa, tū simplicia

plicia tum cõpoſita, tum horũ media: partim natiuia partim factitia.

Opium, lachryma papaueris, ex emporijs importatur ſtudioſiſſimè in Aſia minore à Turcis colitur & uſurpatur, eiſq; Maſlac patria lingua dicitur.

Opopanax, Ex emporijs

Porri, Coloniæ ſhyrõ uulgò dicitur, recens haberi poteſt.

Roſarum, aſſeruatur liquidus ſuperaffuſo oleo, quod tempore uſus lana bombacea auffertur.

Rutæ.

Saccharum album.

Saccharum rubrum.

Saccharum Candi.

Sapa

Sanguis draconis, ex emporijs.

Scammonium.

Tereniabim, manna Orientalis.

Vinum granatorum, ſuccus granatorum ex Antuuerpia adfertur, ſuperaffuſo oleo ne aceſcat.

Vinum cydoniorum ſuccus cydoniorum.

Vitium liquor.

DE GVMMI ET RESINIS.

DE GVMmi & Reſinis.

ET hæ duæ uoces etiam confunduntur, nec admodum accuratè etiam apud grauiores autores diſtinguuntur: quum reipſa ſibi aduerſentur (licet in genere lachrymarum conueniant.) Nam gummi, aquea res eſt, & in aqua diſſolui poteſt: Reſina uero res eſt oleoſa & flagrabilis ſeu

cremabilis, unde non nisi in oleo dissolui queat.

DE GVMmi & Resinis.

CANON.

GVmmi & resinæ facilè seruantur, & diu durant, modò non in loco humido putridóque collocentur.

ENVMERATIO GVMMIVM & Resinarum.

Abietis, Abiegna resina.
Arabicum gummi, Aegyptiæ spinæ.
Armoniacum, Ammoniacum, gutta Ammoniaca.
Bdellium.
Belzoin.
Caphura, Camphora.
Cerasorum.
Colophonia pix græca.
Elemi.
Euphorbium
Galbanum, Chalbanum.
Hederæ.
Lacca, lacha, Cancamũ, ex emporijs.
Mastiche, resina lentisci.
Myrrha.
Olibanum, thus.
Pix naualis, Zopissa.
Prunorum.
Sandaracha Arabum, gũmi iuniperi.
Sarcocolla.
Sagapenum, serapinum.
Styrax calamitis.
Styrax liquida.
Styrax rubea uera
Tragacanthum, draganthum.
Thuris manna.
Vernix sandaracha, gummi Iuniperi.

DE TERRIS SEV Terreis.

Nobiles

NObiles terræ ſpecies, ut lemnia, bolus armenius, accuratè reponantur oportet, uulgares aliter.

DE TERris ſeu terreis.

ENVMERATIO.

Argilla.
Bolus armenus uulgaris.
Bolus armenus.
Creta.
Ochra.
Rubrica.
Terra ſigillata, lemnia, ſigillum Lemnium.

DE LAPIDIBVS.

LAPIDES alij ſunt uulgares, alij uerò pretioſi.

ENVMERATIO

Aëtites, lapis aquilæ.
Alumen plumoſum, amianthum.
Calx extincta.
Calx uiua.
Gagates.
Gypſum.
Hæmatites.
Iudaicus.
Lyncis.
Magnes.
Marchaſita.
Pumex.
Selenites, ſpecularis, & phroſelinus.
Spongiæ lapis.
Smiris.
Tartarum.

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA

DE LAPIDIBVS Pretioſis.

LApidibus pretioſis & ad ornatum & ad uaſletudinem homines utuntur, & gemmæ dicuntur.

ENV-

ENVMERATIO.

Armenius
Amethyſtus
Berillus
Corneolus, Sarda.
Cryſtallus.
Corallus albus, rubeus, λιθόδενδρον Actuario.
Granatus.
Hiacinthus
Laſpis
Lazuli lapis, ſtellatus, Cyaneus.
Rubinus, Pyropus.
Saphyrus
Smaragdus.
Turcoſius, Eranus.

DE MARINIS.

MARINA.

MArina & his cognata appellamus, quæ in mari, aquis, & littoribus colliguntur, Exceptis animalibus.

ENVMERATIO.

Ambra, Succinum, Electrum, πτερυγοφὸς id eſt, paleas trahens. Charabe infra in Karabe.
Ambra griſea, cinericia.
Aqua marina.
Bitumen, aſphaltus.
Blattæ Bizantiæ, unguis odoratus, ut quidam putant.
Dentali, dentalium, buccinum.
Entali, entalium, porphyra.
Karabe, ſuccinum, electrum.
Margaritæ, uniones perulæ uulgò, perforatæ, non perforatæ ſiue ſolidæ
Mater perlarum.
Muria.

Spon-

Spongia.
Sperma cœti.
Tellinæ, mityli,
Vmbilicus marinus.

METALLICA.

DE METALLICIS.

AEs uſtum
Alumen
Alumen rochæ liquidū.
Alumen uſtum.
Antimonium, ſtibium, ſtimmi.
Argentum foliatum, folia argenti.
Argentum uiuum, mercurius, hydrargyron.
Arſenicum, auri pigmētum.
Arſenicum rubrum, Sandaracha ueterū Græcorum ſcilicet.
Arſenicum album,
Arſenicum citrinum
Aurum foliatum, folia auri.
Borax, chryſocolla.
Ceruſſa.
Cinnabaris
Climia, Cadimia.
Colcutar, Calcithis, chalcitis.
Cobaltum, Cadmia foſſilis.
Diphryges.
Flos æris.
Litargyrum auri, chryſitis.
Lithargyrum argenti Argyritis.
Mercurius præcipitatus.
Mercurius ſublimatus.
Minium.
Myſy.
Molybdena.
Nihil pompholyx
Nihil album
Nihil griſeum.
Nitri ſal.
Plumbum.
Plumbum album.
Plumbum lotum.
Plumbum uſtum
Sal.

Sal

Sal gemmæ, Sal foßile.
Sal Armoniacum.
Sal indi.
Sandaracha græcorũ, ſupra in Arſenico rubro.
Scoria ferri, quin etiam aliorum metallorũ.
Sory.
Spodium.
Squama æris.
Squama ferri.
Sulfur citrinum
Sulfur uiuum.
Sulphur caballinum, Sulfur griſeum.
Tutia Cadmia.
Tutia præparata.
Viride æris, æruginis.
Vitriolum album.
Vitriolum Romanum, chalcantum, atramentum Sutorium.

DE IIS QVAE AB ANIMALIBUS DESUMUNTUR.

DE ANIMALIBUS.

ANIMALIA INTEGRA.

PAVCA *animalia integra adſeruantur.*

Sicciora, ut cantharides, non difficulter ubi ſemel probè exſiccata fuerint, cuſtodiuntur: Humidiora uerò & pinguiora facilè corrumpuntur, putreſcunt, & uermes generant: undè abſinthium & ſimilia putredinem arcentia illis adduntur. Reponuntur aũt in loco ſicciore non calido.

VSVS.

DE ANIMALIBUS.

AB animalibus plærisq; non alimenta ſolum ſed & medicamenta ſumuntur, ut ſunt domeſtica, oues, boues, ſues, anſeres, gallinæ &c. Fera, ut cerui, lepores: A quibuſdam aũt tantum medicamenta, ut ſunt lupi, uulpes, canes & uenenata oĩa.

ENVMERATIO.

Aſelli
Cancri fluitales.
Cantharides.
Formicæ.
Hirundines.
Limaces, cochleæ.
Lumbrici terreſtres.
Ranæ.
Ranæ uirides.
Stinci, Scingi ueri.
Scorpiones.
Viperæ, tyri.
Vulpes.

ANIMALIVM
Partes.

ANimalium partes ſumuntur ex integris, ſanis, & boni habitus animalibus, mediæ ætatis, non ex morbidis, ætate confectis, aut cadaueribus.

Siccæ partes ut oſſa, dentes, maxillæ, ungula, cornua, non requirunt ſingularem præparationem, niſi ut membranulæ diligenter abradantur, & quicquid corruptioni obnoxium eſt, auferatur ne putreſcant, & ſubiectæ parti graueolentiam concilient: Sed humidæ tantum partes præparatione accuratiore opus habẽt, ut modo de interaneis dicetur.

DE INTERANEIS.

Interaneæ

DE ANIMALIBUS.

Interanea sanguine prius probè expresso, abluuntur uino aut aqua aliqua sublimata appositā, siue eiusdem facultatis: deinde exsiccantur in aëre, si facilè siccantur: uel in furno prius in frusta dissecta, ubi multa humiditate turgent, & reponuntur per se, aut plantæ alicui inuoluta. Sed hæc doctrina pertinet ad alteram partem τῆς φαρμακοποιίας, quæ præparationes medicinarum tradit, ex qua parte exempla duo uel tria huc transferemus pro re instituta & præsenti.

Pulmonis vulpis præparatio.

Pulmonem uulpis uenatu captæ, exempta prius aspera arteria, uino uel aqua hyssopi aut scabiosæ diligenter laua: Deinde in furno, extracto pane, sicca, ita tamen ne instar ossis indurescat aut amburatur. (Quæ regula & in alijs siccandis seruetur) postea reponatur, addita herba marrubio hyssopo uel scabiosa.

Intestinorum lupi præparatio.

Scindantur per longum & per transuersum digiti medijs longitudine instimæ Lupi, & lauentur uino aut aqua fœniculi uel rutæ: Indè in clybano ut alia exsiccentur.

Hepatis lupi præparatio.

Lauetur hepar lupi uino uel aqua absinthij, aut agrimoniæ: deinde in frusta inciſum exsiccetur, & reponatur, addita herba absinthij, uel agrimoniæ, uel spica.

CANON

CANON.

DE ANI malibus.

SI una uice non quantum satis est, aliquod dictorum membrorum aut similium exsiccatum fuerit, iterum & tertiò (si necessitas exigit) clybano imponatur. Nam sicut nimia assatio, ita quoq; non sufficiens uitiosa est.

DE DVRATIONE PARtium animalium.

PArtes molles aliæ aliis diutius durant, nec certus terminus præfiniri singulis potest. Plærǽq; annum durant, quædam uel propter cœli intemperiem, uel propter malam asseruationem citius corrumpuntur. Quotannis autem usitatè mutantur, interdum consultò quædam diutius anno seruantur. Quoniam uerò diligentia præparandi & reponendi multum ad durabilitatem facit, bonitas earum non ætate sola, sed ex qualitatibus æstimari debet. Valent ergò & efficaces sunt, quamdiu non corrumpuntur. Corruptionem fætor, rancidus sapor, situs & coloris mutatio indicant. Eadem in aliis quoque obseruanda. Omnia enim simplicia quamdiu natiuos colores, sapores & odores retinent, efficacia sunt, ac nequaquam reijcienda.

ENVMERATIO.

DE ANIMALIBUS.

Calcaneus leporis.
Calcaneus cerui.
Caſtorium, Teſtes fibrorum.
Cerebrum leporis.
Cerebella paſſerum.
Cornu Cerui.
Cranium hominis.
Ebur.
Fel auium ex rapina uiuentium.
Fel tauri, capræ, leporis.
Genitale cerui.
Gluten piſcium, colla piſciũ, ichthyocolla.
Lapides è capite ciprini Ciprinus autem uulgò Carpio dicitur.
Lupi hepar.
Lupi inteſtinum.
Maxilla lucij piſcis, uulgò Mandibula lucij piſcis.
Oculi cancrorum.
Os è corde cerui.
Os ſæpiæ, Teſta ſæpiæ.
Pelliculæ ſtomachorum gallinæ.
Pili leporis.
Pulmo uulpis.
Vngula aſinorum.
Vngula alcis.
Vnicornu, monocerotis

AXVNGIAE ADIPES, SIue pinguendines.

PInguedines ex animalibus florentibus autumno (ut uult Syluius) colligantur: quãquam eodem tempore non omnium animalium adeps colligi poſſet, quòd eodem tempore nõ omnia pingueſcãt. Reponuntur autem pinguedines uel per ſe, lotæ tantùm, & ab omni cruento, aliiſq; immundicijs repur-

repurgatæ, loco ſicco ad aquilones ſpectante, ſiue figulinis uaſculis uitreatis, foliis lauri uel nucum ſiccis conuolutæ & obturatæ. DE ANIMALIBUS.

Vel exemptis uenulis & fibris, membranulisq; nudatæ, lotæ & minutißimè inciſæ, liquantur in duplici uaſe, uel lento admodum igne: poſtea colantur per pannum denſiorem, & in uas fictile fuſæ, in loco frigido ſeruantur.

Vel torrendo & aſſando animalia, pinguedines eliciuntur: ſed tunc cauendum, ne liquando adurantur, & empyreuma, id eſt, uſtulationem quãdam acquirant, quod etiam obſeruandũ in quauis ſuper ignem liquatione.

Quando adipem abſolutè reperies, ſumes adipẽ recentem illius anni, & ſine ſale conditum: Quia poſt illud tempus mutat qualitatem, aliiſq; præditus eſt facultatibus.

ENVMERATIO.

Axungia anatina
anſerina,
ardeæ,
Capõis ſiue capi,
Canina.

Axungia felis
gallinaceæ,
humana,
porcina, ſuilla.

Seuum taxi,
urſinum,
uulpinum,

Seuum Ceruinum,
hircinum,
taurinum.

SIMPLICIA VSVALIA IN MEDVLLAE.

SVMPTA ab animalibus.

MEdulla ex florenti animali ſumenda eſt, ut in Adipe dictum eſt. Colligitur æſtatis exitu, hyemis initio.

Duo eius genera: Medulla ex oßibus: altera è ſpina, quæ multum inter ſe differunt, idcoq; ſingulæ ſeorſim reponendæ. Præparatur reponiturq; eadē, quo in Adipe diximus, modo, uidelicet, uel per ſe, uel per liquationem.

ENVMERATIO.

Medulla bubulina,
hircina,
ceruina,
uitulina.

SVMPTA AB ANIMALIBVS.

Butyrum ſalis expers.
ſalſum.
Cera alba natiua,
factitia,
rubea,
flaua,
Cotum, Bombaſa, goſſypium.
Cibethum, Cibeth.
Coagulum leporis.
Mel.
Mel uirgineum.
Plumia.
Lac aſinæ.
capræ,
muliebre,
uaccæ.
Oui teſta excluſi pulli.
Oua formicarum,
gallinarum.
Propolis.
Sanguis hirci præparatus.
Serum lactis, aqua lactis.
Serum lactis, caprini, uaccini.
Sericum, ſeta, μέαξα ὠμὴ,

ὠμὴ, *fericum crudum.* *Spolium ſerpentis, ſenecta ſerpentis, uernatio.* SVMPTA ab animalibus.

Spermaceti, ἀλῶ ἄνθος, *maris flos.*

EXCREMENTA ANIMALIUM.

Cibethum, cibeth. *Moſchus*

Oeſypus, lana ſuccida.

Stercus columbinum, *Stercus lupinum,*
Caprinum, *murinum,*
gallinaceum, *ouillum,*
hyrundinum. *puerorum.*

Vrina humana.

CENSVra probitatis simplicium.

CATALOGVS SIMPLICIVM EXOTICORVM CVM NOTIS PROBITATIS, ET IMPROBITATIS, ET CENSVRA quorundam aliorum de quibus ambigitur, Ex prædictis simplicium claßibus retextus & recenſitus.

EX RADICIBVS.

ACorus uerus nunc ubiq; habetur ſub nomine galangæ maioris. Optimus eſt denſus, candidus, carie non exeſus, plenus odoratus, referens planè galangam, niſi quod magnitudine eam ſuperet. Nam galanga inſtar cyperi radix eſt parua, Acorus uerò inſtar Iridis magna.

Etſi uerò Acorum uerum habemus & habere poſſumus, non tamen eliminandus erit uulgaris ille paluſtris, quin & is in ſuum uſum medicis notum adſeruari debet.

Ariſtolochiæ radix clematidis nobis eſt perfrequens, licet dubitent alij, eò quòd folia ſemperuiui non habeat, ſed pro ἀμάρῳ legendum ἀμάρῳ putamus: Longa paucis adhuc eſt cognita, δ' ακτυλίτις Galeno dicta, quod habeat radices quaternos digitos longas: Rotunda, tuberis aut rapi inſtar, ſatis nota, quæ quum ſit omnium efficaciſſima, eius uſus eſſe debet, quotieſcunq; ariſtolochiæ nomen abſolutè ter-

tè reperietur. Eligenda est benè habita, & si est ficca, minus altè rugis striata, carne multa, firma, odore & Sapore uegeto, sed suo, non puluerulenta dum frangitur, nec situ obruta, nec carie aut teredinibus exesa. Quæ bonitatis notæ reliquis propè plantarum partibus sunt communes. CENSVra probitatis simplicium.

Been Serapioni duplex, albũ & rubrũ. Quia magna in his & nimis euidens in censura autorũ cõtrouersia est, & pro ijs inodoræ supponuntur radices: proindè cùm Syluio magis placerent Eryngij radices, aut etiam polygonati, aut potius siseris. Nã polygonati & siseris radices semini augendo præstantes sunt. Syluio tamen utrumq; Been notum fuisse uidetur, quando dicit Been rubrum prope Burdegalam plurimum nasci: album in prouincia crebrius. Notandum tamẽ in libris Arabum differre Been radices à ben fructu, scilicet balano myrepsica.

Calamus aromaticus Dioscoridis hodie incognitus est: Vulgaris autem Calamus aromaticus radix est non Calamus: Viribus tamen proximis pollere odor & sapor indicant. Optima est densa, subalba, carie non exesa, plena, odore & sapore aromatica, nõ puluerenta inter frangendũ. Triennio seruatur.

Costus cum notis suæ probitatis triplex Dioscoridi describitur, Arabicus, Indicus, Syriacus. Costus Arabicus Rondiletio censetur esse sedoaria uulgaris. Omnes uerò optimi costi notæ in angelicæ radice, quæ satis nota est, reperiuntur.

CENSVra probitatis simplicium.

Hinc fit, ut nonnulli putent eam pro uero costo substitui posse. Et præstat eam Costi loco usurpare quã Costum uulgare officinarũ, quod à præscriptis Dioscoridi notis alienissimum est.

Curcuma Arabum, radix est officinis nota. Creditur Cyperi genus esse, quod Dioscorides in India nasci asserit.

Cyperi diligentioribus nostris noti radix ea est optima, inquit Dioscorides, quæ grauior est, densa, plena, dura, aspera, odorata, cum quadam acrimonia.

Ellebori duo sunt genera: album & nigrum. Elleborus albus iam in hortis cultioribus satis notus est. Deligendæ sunt radices eius summis montibus collectæ tempore apto, candidæ, mediocriter extentæ, friabiles, carnosæ, nullum in frangendo puluerem emittentes, quæq; sint medulla tenui, gustu ferueute, nec tamen id uehementer: quæ enim nimium acres sunt, strangulant.

Ellebori nigri radices eligi debent nigræ, corpulentæ, plenæ, quæq; sint medulla tenui, acres gustu, feruentesq;. Quamuis creditur officinas rarius habere Elleborum nigrum, non multum tamen errant, qui in ueri loco utuntur uulgari.

Esula græcis tithymalus dicitur. Sed ueluti Esulæ nomine tres plantæ intelliguntur, maior uidelicet, minor, & rotunda: Sic etiam Tithymali

genera

genera ſeptem Dioſcoridi deſcribuntur. Eſula maiore pytiuſa Dioſcoridis intelligenda eſt, & Alſcebram maius Meſuæ: Eſula minore Tithymalus cyparißias, & Alſcebram minus: Eſula rotunda, peplos, quæ omnes plantæ hodiè ſunt cognitæ. Cognoſcendæ ſunt & reliquæ tithymali ſpecies, præſertim characias, qui reliquis præferebatur, & græcis erat in uſu. Hodiè cognitus eſt, quemadmodum & reliqua tithymalorum genera, ex quibus omnibus Eſulæ minoris radicis cortex eligitur tenuis, lenis, fractu facilis, rubeſcens, Caſiæ fiſtulæ modo, poſt ſex à collectu menſes, ex loco libero collecta. initio Veris: In fine Veris autem Lac eius colligendum eſt. CENSVra probitatis ſimplicium.

Galangaradix eſt nodulis ſcatens, intus & foris rubra, per internodia contorta, odorata, & acerrimi ſaporis, odore & figura quadam Cyperi, unde quibuſdam cyperus Babylonicus putatur. Eligenda grauis, rubra, ſapore acerrimo, linguam uellicans. Adulteratur cyperi uulgaris radicibus repurgatis, et in aceto cum pipere maceratis: ſed alraſo cortice fucus deprehenditur. nam pars interior neque galangæ acrimoniam neque ſaporem habet.

Gentiana eligenda colore foris buxeo, intus crocante, amariſſima, unde aloë gallica dicitur, dura, parum rugoſa, frangi contumax.

Hermodactylus probatur candidus, corpulen-

CENSV ra probita tis simplicium.

tus, plenus, grauis, non carioſus, Delibratæ ad nos conuehuntur radices, & creduntur eſſe colchici innoxij radices.

Polypodium radice dulci, auſtera, digiti parui magnitudine, multum ſiccante, ſed ſine morſu. Probatur ſubdulce, ſubauſterum, guſtatu ad poſtremũ ſubamaro & nonnihil aromatico, ſolidũ, cirris ſeu nodis plenũ, ex rubro nigreſcens, colore intus herbaceo piſtacij modo, recens, quercuũ & arborum aliarum glandiferarum truncis innatum.

Rhabarbarum, quod Rauedſceni Meſuæ dicitur, radix eſt inæqualiter craſſa, non admodum longa. Eius tres ſunt differentiæ. Verum Indicum, omnium præſtantiſſimum: Alterum barbarum, ſecundum locum obtinens: Tertium Turcicum, omnium ignauiſſimum. Laudatur ſubnigrum in rubrum inclinans, recẽs, graue pro raritate ſua, confractũ ex rufo & glauco alternans, & dum manditur croci modo tingens. Adulteratur ſi aliquot diebus in aqua maceratur, ut facultas eximatur: fucus uerò deprehenditur, ſi in confracto ea uarietas quæ ſupra dicta eſt, non coſpicitur, nec croci modo tingit, ſed leuius eſt & magis adſtringit. Sunt & alij adulterandi ſeu potiùs mentiendi rhabarbarum modi, quos celare ſatius eſt, ne maleficis artibus malè cauti feneſtram aperiamus.

Rhaponticum, quod uulgò Rheuponticum dicitur, radix eſt nigra, centaurio magno ſimilis, ſed minor &

nor & rufior, ſine odore, fungoſa, leuis, quæ trita manducataq; colorẽ reddit pallidũ, ad crocum inclinantẽ à rhabarbaro duntaxat (ut nonnulli putant) ſolo loco in quo naſcitur differens. Nam rheum barbarum ex regione meridionali aduehitur, rheum uero ponticum ex ſeptentrionali. Adhæc rheũ ponticum radice conſtat longa & tenui: Rhabarbarum autem craſſa & breui. CENSVra probitatis ſimplicium.

Optimum habetur quod teredines non ſenſit, quod guſtatu cum remiſſa adſtrictione lenteſcat. Adulteratur decoctione: dignoſcitur uerò; quod partes externæ non ſint denſæ & compactæ, uerum rara ſubſtantia, & guſtu nihil aut minimum adſtringens.

Satyrij nomẽ apud Arabes oĩbus orchios generibus cõmune eſt, eaq; diſtinguunt in teſticulos canis & teſticulos uulpis, per uulpinos intelligentes, quæ propriè græcis ſatyria uocantur, radice bulboſa, mali magnitudine, foris fulua, intus candida. Hodie teſticuli canini pro uulpinis, Dioſcoridiſq; Satyrio ſunt in uſu. Nã uero Satyrio carere uidemur: aut ſi habeamus, nondum tamen dignoſci poſſunt inter tã multas teſticulorũ differentias, cum omnes ſi cum deſcriptione conferantur, teſticuli canis uidentur. Vtut ſit, eius pro uero Satyrio uti nos poſſe arbitramur. Radix ſuperior quæ maior & plenior eſt, uenerẽ ſtimulare; inferior uerò quæ mollior

lior & rugosior est, inhibere creditur.

CENSVra probitatis simplicium.

Scilla uulgò squilla, sit bonæ magnitudinis (non tamen admodum magna & enormis) bene habita & nutrita, alba, recens ex terra sumpta, cum folia eius & caulis exactè aruerint, seu quando triticum metunt, quia tunc potissimùm uiget. Alba est masculus, eaq; utilior quàm fœmina nigra.

Scillæ albæ segmenta seu taleolæ cultello ligneo separatæ lino traiectæ modicis interuallis, ne se mutuo contingant, in umbra siccantur diebus sexaginta, ut ex his fiat acetum scilliticum.

Spica celtica exigua planta est, folia habens oblonga in extremo lata, florem luteum, ad radices, multa exigua habet adnata, spicis minutis similia: hæc cum radiculis, abiectis foliis, in usum sunt & ualdè odorata. Adulterantur imposita herba simili: sed facilis cognitio. nam folia adnataq; breuiora habet, candidior est neque amara, neq; odorata, uti uera celtica spica est. Laudatur maximè recens, iucundi odoris, radice numerosa cohærens, non fragilis & plena.

Spica nardi, teste Galeno, radix est non spica. Eligitur Syriaca dicta, cuius hæ sunt notæ, ut sit breui spica, largam gerens comam, colore flaua, odorata, aliquantulum redolens cyperum, amaro sapore, linguam siccante, quæ diu in sua odoris gratia permaneat. Adulteratur stibio cùm aqua aut palmeo uino ponderis causa inspirato: Sed ex præcedentibus no-

bus notis dignoſcitur. Madefacta etiam uendi ſolet: quod uitium ex eo deprehenditur, quòd candida ſit ſpica, ſqualida, nulloq; puluere obſita.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Turbith præfertur uacuum, ut arundo, gummoſum, cortice cineritio foris, intus candidum, fractu facile. Adulteratur inducto foris gummi diſſoluto: ſed fractum fraudem detegit. nam nullum gummi in fragmentis apparet

Zingiber, zinziber, uel gingiber radix eſt herbæ graminis modo ſerpentis, candida, odorata, piperis ſapore & uiribus, niſi quod tardius, ſed diutius calefacit, uti longum piper. Damnatur teredinibus exeſum, puluerulentum, tectorio quouis circumlitum ad pondus & magis ad exeſionem tegendam.

EX HERBIS.

BEdeguar, Dioſcoridi ſpina alba dicta, ex quorundam ſententia, ea eſt planta ſpinoſa, quæ folia habet longa, anguſta, maculis albis diſtincta, capitula ſpinoſa, & in his flores purpuraſcentes. Huic conueniunt omnes ferè notæ à Dioſcoride traditæ: Ideo uerè loco uſurpari poteſt, aut illi ſubſtitui.

Epithymum planta eſt caſſuthæ ſimilis, aut caſſutha in thymo naſcens, & illud cincinnis ſuis ambiens. Hoc tempore caremus epithymo. Illud enim quod uulgò in uſu eſt, epithymbra eſt, quod in thymbra, quæ thymi nomine uſurpatur, creſcat.

Hac

CENSVra prohibitis simplicium.

Hac aũt hodie ueri epithymi loco uti possumus: Nam easdem facultates habet, aliquando tamen deliliores.

Eupatorij nomen circumspectè usurpandum. In græcis enim compositionibus pro eo agrimoniam accipere debemus: in auicenneis Auicennæ illud scilicet, quod foliis cannabis syluestris secũdum aquas crescit, uulgò hic Coloniæ quastkyrũdt: In Mesuæis, Mesuæ Eupatorium sumendum est, uidelicet graciola cum Cordo, aut cum alijs ageratum putatum, Italis herba giulia, & camphorata dicta. Singuli enim suo eupatorio peculiares ac diuersas facultates tribuunt.

Hyoscyamus, uulgò Iusquiamus, triplex Dioscoridi & Galeno: primus flore purpurascente, semine nigro, uenenosissimus: alter flore & semine luteo, mitior, sed etiam deleterius: tertius flore & semine candido, ad sanationes aptissimus.

Marum, Maiorana nobilior esse creditur, uideturq; ea mari loco substitui debere.

Hyssopum græcorũ hodie incognitũ est, ei tamẽ nostrum uulgare substitui potest. Legendum est cũ florum spica, aut cum semine turget.

Scordium planta Chamedri similis hodiè cognita. Huius in medicina usus esse debet non allij syluestris.

Spica celtica, tradita est supra inter radices, cum ageretur de spica nardi.

Ex Ad-

EX ADNATIS ET FOLIIS.

CENSV ra probita tis simpli- cium.

Agaricus tanquam fungus eſt, enatus truncis arborum. Toto contextu eſt rariore & fungoſo, ſed facie ſumma & mucrone eſt ſolutior: ſede uerò et radice ſemilignoſa & ſemiputri: ob id abijcienda.

In eo fœmina rectis intus uenarũ diſcurſibus fracta conſtat, qui dentiũ murinorũ ueſtigia in caſeo dura repræſentent: Eadẽ leuior, rarior, mollior, albior, breuior, friabilior, ſplendidior, proinde præſtantior.

Mas uerò in fracturis filoſus nuruorum modo, grauis, denſus, durus, niger, lignoſus, longus, interdum rotundus, ſed ubiq; compactior.

Vtriq; ſapor eſt initio dulcis, mox amarus, tandẽ etiã ſubacer, et ſubaſtringẽs. Seruatur annis quinq; integer præſertim cũ dauco, libyſtico, polypodio.

Muſcus arborũ, quem uulgo uſneã appellãt, lanugo ſicca eſt, in quercu, abiete, larice, multisq; alijs arboribus naſcens. Optimus eſt cãdidus odoratusq;. Laudatur cedrinus, proximè populneus: Reliquus uerò præfertur odoratus, albus, ut modo dictũ eſt.

Malabathrum desijt, & huius in locum Mauri inuexerunt folium laurino proximum, ſed maius, et neruis tribus folium intercurſantibus diſtinctũ, odore iucundo.

EX FLORIBVS.

Balauſtium flos ſylueſtris punicæ, cytino flore ſatiuæ punicæ eſt adſtringentior, præſertim quod

ex acer-

CENSVra probitatis simplicium.

ex acerbis punicis est. Vterq; hic flos punicæ est ab arbore auellendus, quo loco tunc granatum nullum gignetur: nam qui cecidit, sæpè id illi ob alimenti inopiam, augescente & protendente fructu cõtingit, aut ob uermiculum, aut aliam causam: ob id infirmior est, qualis agnoscitur facilè, quia una parte nigricat, foliolumq; capillamentorum ipsis non hæret, ut in eo quem auulseris, qui prætereà in umbilico ipso, ut foris rubet. Hispana, rosæ modo lata, & breuia præstantiora sunt, Narbonensibus longis, angustis.

Crocus eligendus odoratissimus & flauissimus, & longo tempore in uigore suo persistens. Præstantissimum igitur aliquem crocum, apto quodam edium loco repositum obserua sæpè ut pernoscas. nam id colorem, odoremq; pristinum diu seruabit: adulterati uerò odor & color citò euanescit. Variis autem modis adulteratur: Sed maleficium ex colore, odore & pondere deprehenditur: siquidem adulteratus obscurior est, neque odoratus, ut recens, sed situm redolet, & ponderosus est. Cæterum qui luteos quosdam flores admistos habet, odore & gustu dignoscitur, tum etiam quod eam coloris uenustatem in tingendo non habet, quam sincerus. Qui sapa sublitus est, sapore dulci & colore obscuro est: Cui permixta lithargyros, iusto põderosior est.

Squinanthum seu schœnu anthos, id est, iunci odorati flos, omnibus notum est. Eligẽdum rufum, intentè

intento colore, recens, tenue, rubentibus fragmentis, quod manibus confricatum roſæ odorem emittit, igneæ mordacitatis ad linguã olim planta ipſa cũ floribus aduehebatur, unde ſchœnu anthos nomẽ ſumpſit: Ideoq; eligebatur floribus refertum. Hodiè tamen ad nos culmi duntaxat, & radix adferuntur. Itaque cura adhibenda eſt, ne alij culmi his admiſceantur, quod ex iam dictis notis deprehendi poteſt. CENSVra probitatis ſimplicium.

EX SEMINIBVS.

AMmi hodiè à nonnullis oſtenditur foliis fœniculo tenuioribus, caule gracili, umbella in qua candidi flores & ſemen minutiſſimũ, cuminoſimilis, non per omnia reſpondens ueterũ deſcriptioni. Plæriq; exiſtimant ſemen quoddam ex Hiſpanijs ſub Amomi nomine allatum, uerum eſſe Ammi, aut ſaltem eius loco uſurpari poſſe.

Amomum hodie paſſim deſyderatur, uidelicet ſemẽ candidũ uel fuluum, ſimplici tamẽ colore non uario, &c. Quod autẽ officinæ oſtendunt, nigrum eſt ſemen, & cenſetur eſſe Sion Dioſcoridis.

Cardamomum græcorũ Dioſcoridis & Galeni, quod eſt Cordumeni Serapionis & Arabũ, tametſi multi dubitant quid ſit: Illud tamen quod officinæ Cardamomũ maius appellant, Cardamomi græcorũ loco uſurpari poſſe uidetur: quia aromaticam quandam acrimoniam, nec non amaritudinem, quam-

CENSV ra probita tis simplicium.

uis obſcuram habet. Aliud uerò eſt Cardamomum Arabum à græcorum Cardamomo, Eius que duo genera conſtituunt, maius & minus, Vtrumque nobis incognitum, niſi maius illud intelligatur, quod melligetam aut granum paradyſi nuncupant: ſemẽ eſt anguloſum, acre, linguam uellicans, non admodum aromaticum. Cardamomum minus officinarum nullo modo conuenit cum Cardamomo minore Arabum, neque ad aliquod Cardamomi genus referri poteſt: ſed eſt melanthij genus, & nigella citrina dicitur.

Cnici ſeu cartami ſemen ſit amplum, plenum, medulla pingui, album, anguloſum, læue.

Harmel græcis harmala dicta, rutæ genus eſt, Dioſcoridi deſcriptum in ruta Galatica. Quibuſdam dictamnum album uulgare creditur: non conuenit tamen illi ſemen ſubrufum & triangulare. Emunctiore nare differentiam quidam apud Arabes faciunt inter harmel et harmala: unde Rondeletius admonet in pillulis ad articularem morbum grauiter peccare, qui pro harmel ponunt ſemen citutæ: quùm harmala ponenda eſſet, quod eſt ſemen rutæ agreſtis.

Nigella uera, Dioſcoridi Gith ſiue melanthium dicta, iã ſatis innotuit, & mulierculis quibuſdã ab odoris affinitate Mardusſam dicitur.

Pſylium eligit Meſues abſolutum, amplum, tam graue, ut aqua mergatur.

Ex fru-

EX FRVCTIBVS.

CENSVra probitatis simplicium.

Amygdalæ tam dulces quàm amaræ, probantur flauißimæ, plenæ, integræ, non confractæ, neq; erosæ, tamen leues, duræ & ſiccæ quantum illis datum eſt, ob id fragiles, intus albißimæ. Ex his dulces, ſapore delicatæ, propè indicibili, in caſtaneam toſtã & panis puriſſimi benè cocti qualitatem inclinantes, odore ante eſum nullo aut per quam exiguo, inter edendum autem iucundo.

Improbantur albeſcentes, nigreſcentes, rugoſæ, molles, tortiles, fractu contumaces, & quæ fractæ à candore illo ad pallorem receſſerunt, aut nigrorem, oleoſæ, natura aut uetuſtate odore rancido, ſapore ingrato aut oleagino, quem omnibus uetuſtas affert. Ex quibus tritis, etiamſi plus olei exprimatur, tamen olei amygdalini præſtantißimi dotes non aſſequitur, quod ex prioribus extrahitur excorticatis, cultello potiùs quàm aquâ calidâ.

Anacardus, ſeu cum Paulo & Actuario Anacardion, ſit plenior & habilior, fuſcus, reſina in cortice multa, acri, nigra, nucleo intus albo: quo in melle cocto fit mel anacardinum. Hoc etiam tuſo, poteſt oleum exprimi, ſed longè diuerſum ab eo quod coctis in aqua corticibus ſupernatat, & conchis colligitur ad confectionem anacardinam.

Balanus myrepſica, Ben uulgò dicta, ſit ampla, uetus, cortice læui, tenui, pleno, medulla læui, pingui:

CENSVra probitatis simplicium.

Parua uerò ex albo nigricans, uetus, plena, medulla alba, læui, pingui, eſt innocentior.

Carpobalſamum ſit flauum, plenum, grande, graue, mordax guſtu, & feruens in ore, modicè opobalſamum redolens.

Caſſia fiſtula, ſeu nigra, ſeu cathartica, id eſt purgatrix, eligatur foris & intus nigra, ampla, colluscens, grauis, plenior, & quæ concuſſa clauſis intus granis non ſtrepat: pulpa intus pingui, ſplendente, ſucculenta, non ſitulenta nec putri, ſapore prunorũ delicato. Vtendi tantum tempore extrahenda: nam extra cannas promptè corrumpitur & in uaſis ſeruata peior euadit.

In græcorũ medicamẽtis, ſi caſſia præſcribatur, eius loco canella ſumẽda eſt: tum etiã in Arabũ ſcriptis, ubi græcorũ remedia recẽſent, et ijs etiã medicamẽtis quæ corpus nõ ſoluũt: Sin autẽ remedia ab Arabibus deſcripta ſint: aut in eũ uſum præſcripta, ut corpus purgent, caſſia nigra uti debemus.

Coni ſeu ſtrobyli, uulgò pineoli dicti, pleni, recentes, albi, ſicci, quatenus illis datum eſt. Vitentur flaui, aut etiam pallidi, oleoſi, rancidi, id quod his cito, ut ferè ſexto menſe accidit, niſi prius Zaccharo intecti hoc uitium effugiant: præſertim ſi prius ex furfure frigantur, & ſic probè ſiccentur, Deinde cribro purgentur. Quod remedium eſt aliis quoque ſeminibus condiendis, ne aut citra condituram, aut etiam condita rancẽſcant.

Citrium

Citrium
Arantium } *Malum, ſint magnitudine quodq; in*
Limonis } *ſuo genere mediocri, odore ualido & iucundo, cuiq; ſuo cortice tenui, raro colore in limone pallido, in citro flauo: in arãcio rubeſcẽte: quãuis & arantia uiridia etiã per maturitatẽ inueniãtur: Carne intus multa firma, & ſucco odorato, acido, interdum dulci: eſt quando ex utriſq; miſto.*

CENSVra probitatis ſimplicium.

Malum granatum eligatur cortice ſeu corio integro, rufo, duro, & denſo, graue, maturum, granis intus rubris, uel roſeis, ſucco pregnantibus uinoſo pleniſſimum.

Colocynthidis medulla cortice ablato ſit pilæ mediocris in ſpeciẽ conglomerata, uehemẽter amara, matura, ampla, rara, ob id leuis: & quãto leuior, tãto melior: alba admodũ lenis, eadem fœmina, autumno legenda cum flaueſcit, abeunte iam uirore.

Cupreſſi pilulæ, uulgò nuces, ſint pfectæ, recẽtes, ob id molles, ſeminis plenæ, etiã in ipſis hiatib.

Cubebæ ſint corpulentæ, plenæ, graues, acres, minus tamen quàm piper, ſubamaræ, admodum aromaticæ, ſubdulces, annis decem ſeruantur.

Dactyli nobis, ut græcis uulgaribus hodie dicuntur, fructus palmæ, à digiti figura. Probãtur magni, flaui, parum rugoſi, molles, pleni tamen, & carne intus multa, ſubdura, ad nucleum candicante, ad corticem rubeſcente, nõ pertuſi, nõ uermiculoſi, & qui concuſſi nihil aut minimum ſonent, ſapore uinoſo.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Deteriores ſunt graciles, flaccidi, duri, qa excarnes, excuſſo pediculo ptuſi: ijdē ferè uermiculis ſcatētes.

Ficus paſſæ ſeu caricæ habentur præſtātiſſimæ, quæ in calatho ſpartaceo digitis aut pugnis utrimque preſſæ, ſic illis mollicie ſua cedunt, ut mutuos partiū dictarū motus ſibi propè occurrētes ſentias, odore ſunt iucūdo, nō calorē putredinoſum aut uermiculoſū referente. Hæ uerò ſi particulatim explorentur, pediculo ſunt breuiſſimo, colore in candidum uergente, molles, tractanti facilè cedentes, cute tenui, molli, ſucco intus & ſemine flauo & planè melleo ſapore, odore ante eſum et inter edendum iucundo, graues, paruæ, Si Maßiliotides (quæ etiam ſaporis gratia cæteras longè antecellunt, ſiue albicantes tantum ſint, ſiue intus & foris albæ, ſed flauo ſemine) maximæ: Si externæ ſint, quales Hiſpania mittit muſto merſas, ut dulciores ſint, poſt ne cohæreant, farina aſperſas.

Vitioſe ſunt duræ, tū in maſſa, tū per ſe ſingulæ uermiculoſæ, graueolētes, foris nigræ, intus rubētes, uel alio præter naturā colore præditæ, cortice craſſo, duro, ſicco, intus alieno colore, odore, ſapore. Quædā tamen ſunt nigræ, prouincialibus & Narbonēſibus dictæ, foliis nigricātes, intus ruberrimæ, oīm delicatiſſimæ, dum recentes ſunt: Nā ſiccatæ liqueſcūt. Aliæ ijſdē cineritiæ, aquoſiores, quā ut ſic cari poſſent: hominibus ingratæ, auibus expetitæ.

Galla omphacitis, id eſt immatura, laudatur parua, ſeu

ua, ſeu magnitudine mediocri, nodoſa, grauis, ſolida, non perforata: Minus utilis magna, rotundiſſima, polita, leuis, laxa, perforata, flaua aut ſaltem rufa: Gallia Narbonenſis & Lugdunenſis præfert roſmarinas uulgò dictas, omnium minimas, graues, ſolidas, aſperas, precioſiſſimas.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Iuiubæ, zizipha, uel zinzipha græcis recētioribus dictæ, laudātur recētes, amplæ, oblongæ, paſſæ, tamē tenſæ, carne intus multa, ſucculēta, laxa, dulci, uinoſa: plenæ, graues, ſapore dulci & delicato, nucleo paruo, foris rufo, ac ucrius rubētes, intus pallidæ aut albeſcētes (nā foris albæ nobis nondū uiſæ) oſſe prunorum rotundiore, paruo intus nucleo dulci. Improbantur uetuſtate nigricantes, leues, ſiccæ, puluerulentæ, friabiles, excarnes.

Myxæ, myxa, & myxaria, uulgò Sebeſten, à mucoſo lentore quo abundunt dictæ, prædictis affines, ſed dimidio minores, acuminatæ, parum rugoſæ, graues, nigræ, carne multa ex rubro nigricante, firmiore, glutinoſa, dulci & ſubacida, oſſe prunorum damaſcenorum inæquali, nucleo intus exiguo dulci.

Myrobalani Arabum differunt à myrobalano ſiue balano myrepſica, hoc eſt nuce unguētaria Dioſcoridis, quam uulgus Ben appellat. Quinq; generibus diſtinguuntur, uidelicet, in citrinas ſeu flauas, chebulas, Indas, Emblicas, & Bellericas.

Citrinæ laudātur multū flauæ, in uiride inclinātes,

densæ, graues, in fracturis gummosæ, amplæ, cortice crasso, os paruum complectente.

CENSVra probitatis simplicium.

Cepulæ siue chebulæ, quo maiores eò meliores, subnigræ, in rubrum inclinantes, graues, quæ aquæ impositæ statim merguntur, cortice crasso, usurpare debent humidæ: Artem uerò humectandi docet Mesues in Antidotario.

Inde optimæ sunt nigræ, substãtia solida si frangantur, densæ, magnæ, graues sine ossibus.

Emblicæ sint magnæ, graues, densæ, carne multa, ossibus exiguis.

Bellericæ uerò densæ, magnæ, graues, & cortice crasso. Quæ his notis carent, aut uetustate exoletæ sunt, aut aliud incommodum passæ sunt. Notæ igitur in his communes aliorum fructuum & præcipuæ sunt, ut sint benè habitæ & corpulentæ carne multa & firma & densa, & ob id osse exiguo, quibus os datum est. Nam indæ sunt exosses. Quæ uerò notæ aliæ à colore ducuntur, & ossis figura, minoris sunt momenti.

Myrti baccæ sunto recentes, plenæ, succulentæ, odoratæ, grandes & benè nutritæ.

Nux moschata arboris Indicæ fructus est, Persicæ arbori (ut scribunt) similis. In hac enim nux moschata nascitur, maci suo inuoluta, ueluti auellana membrana illa sua exteriori. Macis inuolucro tegitur, quemadmodum & in alijs nucibus, putamen durum, quod in se nucem moschatam continet. Eligenda

genda eſt recens, non exeſa, grauis ſucci plena, oleoſa, odorata, & quæ uulnerata mox humorem reddit oleaginum. CENSVra probitatis ſimplicium.

Nux Indica aqua intus dulcem habet, ſi recens eſt. Quæ quidem utenda non cortex ad uſum mediceis cognitum, cunctis non reuelandum.

Piper arbuſculæ in India naſcentis fructus eſt, quæ inter initia (ut ait Dioſc.) prælongum fructum ueluti ſiliquam coryli nucamento ſimilem, quod piper longum uocamus, profert, habet intus aliquid tenui milio ſimile, quod dehiſcentibus ſiliquis racemorum in morem prodit. Eorum grana acerba candidum piper uocantur: matura uerò piper nigrum. Qui uerò in Indiam nauigarunt, piperiſq; plantam uiderunt, piper in planta bryoniæ ſimili naſci aſſerunt, diuerſiſq; ex plantis longum & rotundum colligi. Nihil tamen intereſt. Nigrum eligi debet recens, grauiſſimum, plenum. Candidum ſiue album præfertur, non rugoſum: album, & graue, acrius eſt longo & nigro. Longum optimum, quod dum frangitur, ſolidum intus conſpicitur & compactum, guſtu acerrimo, linguam tardè ſed diu mordens. Adulteratur longum herba ſimili: ſed fucus deprehenditur, ſi in aquam immittatur, nam adulterinum liqueſcit, legitimum uerò ſolidum manet.

Piſtacia ſint recentia, nucleo intus herbaceo, ſapore iucundo.

Thamarindi fructus ſunt arboris, ut uolunt nõ

CENSVra probitatis simplicium.

nulli, ex palmarum genere. Eius folia ad hyperici folia multum accedere conſpecta ſunt, etiamſi à quibuſdam ſalicis folia illi tribuantur. Fructus, cuius hodie uſus, notus eſt. Probantur colore è nigro in ruſum lãgueſcente, id eſt, ſubnigri ſeu fuſci, lucidi, molles, multis uillis ceu radiculis intertexti, recentes, pingues, non retorridi, ex dulcibus acidi, & uinoſo ſapore. Adulterantur prunorum carne, ſed in his nigredo eſt obſcura, humentiores ſunt, & prunorum odor & ſapor illis ineſt. Seruantur in fictili uitratũ coacti loco frigido & ſicco.

EX LEGVMINIBVS.

ORobus ſiue Eruum, ignotum nobis: proindè ei ſubſtituimus lupinos in trochiſcis ſcilliticis, Florentinis notiſsimum, quum ſcribant ſibi moco in Hetruria uocari.

EX LIGNIS.

AGallochum, Aëtio & Actuario Xyloaloë, uulgò lignum aloës arboris, non herbæ, cuius tamen ſuccum nigredine & amaritudine pauca, & ſucco intus gummoſo nonnihil repræſentat, undè fortè & nomen. Lignum itaq; eſt, quod ex India atq; Arabia deportatur. Sit maculatum, odoratum, guſtu aſtringens & ſubamarũ, cute uerius quã cortice aliquantum uerſicolore, halitum manſu cõmendans, ſuffimentis expetitum thuris more, eiuſq; modo in igne liqueſcens, ſed tardius, & aquæ iniectum mox ſubſideat, & bullulas edat. Arabibus præfertur id

tur id quod ex India adfertur, crassum, nigrum, uarium, solidum, graue, sine candore, & quod ignibus impositum diu perdurat.

CENSVra probitatis simplicium.

Aspalathum officinis incognitum esse creditur, eiq; substituitur lignum aloës: Syluio contraria est sententia, qui censet lignum aloês officinarum aspalathum uerius esse, quàm agallochum.

Cassia græcorum creditur esse Cinamomum siue Canella crassior rudior'ue ex annosis arboribus Cinamomi arboris, lauro similis, aut saltem ex trunco potius, quàm ex tenerioribus eius ramis decerptus cortex. Quemadmodum enim cerdones coriarij ad operas suas grauatim admittunt cortices quercuum annosarum crassiores, expetunt uero tenellos tenellarum & nouellarum quercuum cortices: Ita constat tenellos & subtiliores cortices Cinamomi longè magis aromaticos esse crassioribus. Vndè tale Cinamomum reges Portugalliæ ægrè etiam dimittunt, adeo ut præstantissimum Cinamomum etiamnum uix habeamus: Imo & Actuario leptocinamomum, id est, tenue Cinamomũ pro optimo habetur. Cassia itaq; nobis allata, præfertur longa, odorata, gustu cum acrimonia grato, rufescens.

Lignum guaiacum, quod nonnullis lignum sanctũ dicitur, ebeni genus esse creditur. Optimum est graue, densum, interiore parte nigra, exteriore & illam ambiente subflaua: cortice leui, firmiter hærente, ligni scobe (si manibus comprimatur) simul

CENSVra probitatis simplicium.

simul cohærente, quod pinguedinis eius indicium est, quod deniq; in sua decoctione multum odorem, saporem atq; colorem relinquit: Magnitudo autem aut paruitas fragmentorum non sunt tam magni momenti, quàm notæ supradictæ: sed in hac parte mediocritas laudari potest. Aduertendum est ijs qui cortice seorsim utuntur, quod eum plærunque fraxini cortice adulterari contingit, aut similibus, qui tamen dignoscuntur sapore & odore quodam peculiari.

Santalum citrinum optimum & maximè Aromaticum, sed inuentu rarum etiam Plateario: Albũ peßimum: Rubrum medium bonitate est. Quæ tamen sunt in officinis, acri sapore linguam mordent, præsertim citrinum, ob id non utenda, nisi medicus iusserit.

EX CORTICIBVS.

Cinamomum esto cancella tenuißima, subtilißima (sicut modo in Casia græcorum notauimus) odoratißima, sapore acri, delicata magis quàm mordaci, admodum calidum, non tamen adeo, ut molestè rodat. Est autem Cortex subtilis, tener cinamomi arboris lauro foliis & baccis similis, nondum extremè adultæ, & eius ramorum, non trũci, tertio quoq; anno delibratorum, referente Ludouico Romano Patricio in hodæporia seu nauigatione sua Indica.

Macis

Macis Arabum, nucis moſchatæ exterior cortex eſt, in quo nux latet, quemadmodum auellana in ſuo putamine, Sit rufum & flauum, aromaticum, odore ſuaui, ſapore ſubacri, & minimum amaro, quóq; recentius & ſucculentius, eo melius: ne putes cum quibuſdam annos decem efficax ſeruari. Succus ex hoc expreſſus gummi hederæ figura, quàm ipſum macis eſt ualentius. Macer græcorum hodiè deſideratur.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Thuris Cortex, qui ex arbore thurifera detrahitur, præfertur pinguis, odoratus, recens, læuis, non ſcaber, craſſus, ſine membranis. Adulteratur admiſto pinis aut nucis eius cortice: Sed horum index ignis eſt. Siquidem thuris cortex legitimus paulatim ardet, & cum odoris fragrantia uaporem eiaculatur: adulteratus uerò nequaquam incēditur, ſed totus in fumum ſine odore conſumitur. Ferè in glebis thuris miſtus inuenitur.

EX SVCCIS ET LIquoribus.

ALoē optima ſit pinguis, glutinoſa, friabilis digitis, facilè liquefcēs, ex rubro ruffa hepatis modo, coacta, et intus foueata, proinde minus grauis, bono odore, myrrham æmulante, (licet planta toto odore ſit tetro) eximiæ amaritudinis, ſincera, nitida, tranſparens, arenularum & calculorum expers, non adulterata miſto gummi, quod illā minus

CENSVra probitatis simplicium.

minus amaram, ualidioris odoris, non friabilem digitis ad minima usq; frusta reddit. Indica est optima. Valet etiam ex Cœlosyria & Arabia. Ex magna Syria humidior. Arabicam tamen tanquam omnium uilißimam & solis mulomedicis usurpandam: damnauit Mesues, & indè Caballinam uocat nigram, obscuram, fæci similimam, amarißimam, odore tetro, arenosam, ut optimæ sedimentum uideatur. Primam succotrinam, secundam hepaticam seu Persicam, tertiam Armeniacam, quartam bonitate Arabicam statuunt Mesues & alij.

Asa corruptè denominatum & quasi detortum per aphæresin à lasere uidetur, à qua planta ferulacea scilicet hic liquor defluit. Est autem duplex, uidelicet aromatica & odorata asa, & asa fœtida.

Asa aromatica seu odorata est Laseris seu Silphij opos siue liquor Cyrenaicus, seu potius Indicus hoc tẽpore. Etenim Indicus etiam à Mesue laudatur. Nã ex Taprobana insula in mari Indico maxima, hodie à Lusitanis conuehitur, teste Ludouico Romano Patritio, belzoê indigenis dictus, & nobis inde belzoin, & corruptius Bẽzoin. Est aũt Laseris seu Laserpitij seu Silphij herbæ liquor, caule ipsius ferulaceo aut radice scarificata defluens, acer, mordax, digerens, optimus modicè rufus, non porraceus, colore translucens, myrrhæ æmulus, odoratus, suaui gustu, dilutus cito albescens. Hæc quidem Syluio ita compilata sunt, partim ex Dioscoride & Galeno, partim ex

Ludouici

Ludouici Romani nauigatione: satius enim est fateri, Laserem seu Laserpitium, seu Silphium, & proinde eius succos seu lachrymas non extare amplius, quod prægnantibus rationibus docet Ioãnes Lãgius Lembergius Schlesius in Epistolis medicinalibus suis. Asa itaq; dulcis seu Belzoin, quod apud Serap. & Auicennam à græcorum Laserpitio nihil differat, laseris succus esse nequit. Secundo Ludouicus Romanus refert Belzoin esse gummi arboris: atqui Laser nõ arbor sed βοτάνη ἢ λάχανον ueteribus est. Tertio in Belzoin officinarum nulla ferè comperitur acrimonia, nedum tanta quantam Galenus ei tribuit, dum laserpitij loco euforbium nõ recens substituit. Quid uerò officinarum belzoin siue asa dulcis sit, indicabitur paulo post inter gummi & resinas sub belzoin. Asa autem fœtida etiam est liquor laseris Parthici & Persici, seu cũ Mesue Medici, & Syriaci, sed uirus & putrilaginem resipiens: atq; nostra asa fœtida, porracium quid potius resipit & olet, q̃ uirus & putrilaginẽ. Videtur itaq; alterius peregrinæ plantæ q̃ Silphij lachryma aut succus esse.

CENSVra probitatis simplicium.

Elateriũ ex cucũere agresti sic colligitur: Decerpti cucumeres maturi, q tacti protinus exiliũt, imposito supra uas aliquod rariore cribro, sigillatim supino cultro sursũ uersus aciẽ habẽte findũtur, atq; p cribrũ humor in subiectũ uas exprimitur, simulq; carnosũ quod hæsit cribro, quo facili⁹ excidat eliditur. Coaceruata aũt in cribro segmina dulci aqua perfun

duntur

CENSVra probitatis simplicium.

duntur, & denuo pressa abijciuntur: humor in pelui agitatur & linteo oppressus duplicato, soli exponitur: dumq; steterit, tota supernatans aqua cum spuma identidem effunditur: deindè conterendo cogitur in pastillos, & seruantur.

Elaterium porrò optimum est leue non ponderosum, cum candore leniter humectum, gustu amarißimum, quodq; lucernarũ luminibus obiectum facile flagrat, quia subpinguis eius est liquor. Improbatur scabrum, turbidum, porracei coloris, mediũ erui & cineris colorem referens, & graue. Sunt qui amylum immisceant, ut candorem ipsum imitentur, ponderosiusq; sit.

Glycyrrhizæ succus ex Creta optimus, hoc est, dulcißimus, mollis, recens, purus, tenax, & qui confractus splendescat, nigerrimus & qui linguæ subditus tandem totus eliquescat.

Hypocisthis licet quædam flaua, alia uirens, alia candida Dioscoridi dicatur, antè præparationem intelligitur. In offas enim conformata est nigra, lẽta, sapore astringente, odore non ingrato. Succus est ex quodam cisthi radicibus adnato tritus & expressus atq; sole siccatus. Nobis desideratur, nisi ex emporijs adferatur.

Ladanum liquor est, ex alterius cisthi ledon appellati folijs exsudans. Optimum minimeq; adulteratum, odoratum esse debet, subuiride, facile mollescens, pingue, resinosum, friabile enim uetustate e-

languit, arenularumq; aliarumq; sordium expers, nec squalore obsitum.

CENSV. ra probitatis simplicium.

Lycium uerum ignoratur. Exemporijs quidem importatur, sed undè conficiatur non constat. Paretur non ex Periclymeno, sed potius ex baccis pyracanthæ, id est, nostræ uulgaris Hagedorn.

Manna Aëromeli, id est mel aërium, ros est, qui ex aëre in arbores, herbas, lapides, terramq; decidens densatur, & cogitur in grana minuta. Præfertur Calabra præsertim quæ ex foliis arborum collecta est, quæ ex hoc dignoscitur, quod grano constet exiguo, translucente, graui, similis mastiches granulis, candidis & gustu dulcibus & suauibus. Secundũ locũ obtinet quæ è ramis colligitur. Tertium quæ in lapidibus. Hæ crassiores sunt & minus synceræ, colore turbido. Syriaca si sit, perfectè granulata mastichæq; assimilis, ualdè etiã probatur dulcis & recẽs. Cum iam exoleuit, floccorum bombacis refert imaginem, leuis, concauaq; est. Adulteratur amyli farina, rebusq; similibus: sed maleficium facilè deprehẽditur. Insuper & ea quæ simul concreuit, saccaro & sena adulterata esset solet, ac croco, carthami'ue flore tincta: uerum gustu deprehenditur, atq; liquescit & tempore molescit.

Mel optimum sit purum adeo ut totum perluceat, odorum, flauum, accerrimum, dulcissimumq; gustanti & iucundissimum: consistentia nec crassa nec liquida, sed tam sibi cohærens, ut conseruitatem suã

CENSV ra probitatis simplicium.

quasi linea longißima non interciſum ſeruet, ſi digito attollitur. Idem coquendo paucam ſpumam emittit, nec thymum immodicè olet. Album etiam colore ſi fuerit, modo notarum bonitatis alia nulla deſit, nihilo deterius fuerit. Quin Hiſpani & Narbonenſes mittunt albißimum & longè præſtantißimum, idemq; præduru, quale etiã flauũ præferunt liquido: quippe quod humore aliquo eſt uitiatum.

Myrrha Arabicæ arboris lachryma eſt. Huic tametſi non quadreut omnes notæ à Dioſcoride deſcriptæ, quum tamen multis ſit prædita bonis qualitatibus, exiſtimant nonnulli pro uera poſſe uſurpari. Eligenda eſt pinguis, reſinoſa, rubeſcens, denſa & ſplendens. Sunt qui affirment ſtoracem liquidã, quã officinæ utuntur, ſtillatitiũ myrrhæ liquorem eſſe. qui ſtacte ueteribus dicebatur, quod nullo modo cõuenit: nam ſtorax liquida factitium potius quiddã uidetur: ſed & quum odore ſit teterrimo, à myrrha alienißima res eſt, cuius nullus uſus pro myrrhæ ſtacte eſſe debet. Quod autem ſtillis expreßis magma myrrhæ ſupereſt, uulgò quoque ſtyrax rubra dicitur.

Quod uerò de Opocalpaſo ſcribit Galenus, quod Myrrhæ ſimilitudinem gerat, & in optima myrrha inueniatur, ſed uenenoſum & exitiale ſit, multoſq; ſua ætate mortuos eſſe, quòd in medicamentis opocalpaſum pro myrrha aſſumpſiſſent, nemini no

ſtra

ſtra ætate contigiſſe audiuimus, quod magnum argumentum eſt nos uera myrrha carere.

CENSV ra probitatis ſimplicium.

Oleum ex oliuis maturis expreſſum, colore rufo, purum, perlucidum, tenue, odore exiguo, ſed grato, ſapore dulci, ſubacri, & indicibili, recens, aut nõ ita uetuſtum, niſi uetuſto egeatur: in quo uidelicet uetuſto trigenarium trimo, & quadragenariũ quadrimo eſt plurimo ualentius, ubiq; craſſius, graueolentius, calidius, acrius.

Oleum omphacinum ex immaturis oliuis expreſſum, ad uiride inclinat, recens ſit, odoratum, morſus expers, ſapore acerbum.

Opium ſuccus eſt è capitibus papaueris nigri. Duũm eſt genus: unum ex capitibus & foliis expreſſum, græcis meconium uocatur, illud ignauius: Alterum ex capitibus paululum inciſis exſtillans, uerum eſt opium. Optimum eſt denſum, graue, amarum, odoratu ſoporiferũ, quod facilè aqua diſſoluitur, leue, candidum, neq; aſperum, neq; grumoſum, quod colatum non ſtatim ut cæra coëat, quod in ſole diffundatur, & admotum lucernis, clara non atra lucat flamma, & extinctum odoris uim conſeruet. Adulteratur glaucio, hoc eſt, menitha, aut gummi, aut ſylueſtris lactucæ ſucco. Verum glaucio fucatum in dilutione croci colorem reddit: lactucaceo ſucco deprauatum, inodorum eſt & aſperius: gummi uitiatum, infirmum eſt, & ſplendeſcit, nec deſunt qui adipem admiſceant.

CENSV ra probita tis simplicium.

Mirũ est quod de Asiaticis Turcis refertur, quũ in Natolia sua.i. Asia minore magno studio & frequentia papauer hodie colunt, et præparant Opiũ, quod uernacula lingua Maßlac uocant, cuius usus illis frequens satis est ad pisi magnitudinem de eo sumentibus, non pro somnolentia sed animositate comparanda: atqui in præliaturi aliquanto copiosius sumunt, unde ueluti insani disturbato nimirum cerebro feruntur in obuia quæq; pericula, nihil quidquam timentes. Sed Ianniceri hæc plerumq; faciunt, quibus summa militiæ uirtus commissa est.

Opponax succus est effluens & incisa radice aut caule panacis heraclei dicti. Hodie est cognita planta, & ipse succus qui maximè probatur quã amarissimus, interne albus aut suffuluus, foris colore croci, læuis, pinguis, friabilis, tener, statim in aqua eliquescens, graui odore: Niger improbatur ac mollis. Adulteratur Ammoniaco aut cera: sed sinceri experimentum est, si digitis in aqua friatus resoluatur & lacteſcat.

Saccarũ est præstantißimũ, quod durum, solidũ, & mutuo metarum allisu sonorum est, ligni sicci & solidi modo: tamen ob siccitatem & imperceptam raritatem leue, dulcißimum, cãdidißimum & niuis in morem scintillans, cohærens, quale Valentinũ in metas Pyramidum æmulas (panes uocant) coactum paruas, ponderis libræ unius & dimidiæ, uel circiter, carißimum, & cõfecturis siccis aptißimum, penidijs

nidijs ob ſiccitatem nimis friabilem, ineptum.

Illi dotibus & precio eſt proximum quod Madere appellant, ſed in metas ponderis librarum. vj. vij. viij. ix. x. formatur, confecturis expeditum: quia minus precioſum, non multò tamen imperfectius. CENSVra probitatis ſimplicium.

Tertium ſtatuitur lentile, album quidem ſed pinguius, ob id uilius, neq; confecturis ſiccis aptum, ſed penidijs idoneum.

Quartum ex Canarijs nunc dictis inſulis, olim Fortunatis aduehitur, etiam intus albicans, bonitate inferius prædictis, præſtantius ſequenti, metis conſtat maximis, pondere librarum decem, duodecim.

Quintum ignobiliſſimum ſancti Audomari dictum, foris albidum, intus ſubrubrum, tanquam alio fartum, & foris dolo tectum, metis æqualibus, omnium glutinoſiſſimum, condituris ſiccis ineptiſſimum, liquidis ſeruit & ſyrupis, opiatis, conſeruis, & ſimilibus, quia uiliſſimum, & uilitatem tegit aliorum miſtura. Id ſi mare ſentit (nam eo naues ob grauitatem ſaburrant) rubrum uulgò dictum fit: quanquam ſunt qui rubrum ſpumam & ſpurcitiam omnis ſaccari ſe coquendo purgantis exiſtimant. Ex micis horum colliſu eliſis etiam metas quidam cogunt, quæ ſimplicium naturas ſequuntur.

Ex his quod generoſiſſimum, minimam coctio-

CENSVra probitatis simplicium.

nem ſuſtinet, ne pulueruſcat: ignobiliſsimum contrà cætera pro acceſſu aut receſſu uariant.

Sanguis draconis ueterum & eadem Cinnabaris uera (quæ res mineralis erat) hodiè ignoratur. Qui uerò ſanguis draconis oſtenditur, factitius eſt ex ſanguine hirci, bolo armenia, & ſucco ſorborum, & aliis: quo tamen pro ſanguine draconis dicto rectius uti poſsis. Florentini præter hunc factitium ſanguinem draconis, ſtatuunt adhuc duo eius genera, nimirum lachrymam cuiuſdam arboris gummiam ſui generis, de qua Aloyſius Cadamuſtus Patritius Venetus nauigationis ſuæ lib. 1. cap. 4. dicens eſſe lachrymam proceræ cuiuſdam arboris in inſula Affricæ, porto ſancto dictæ, genitæ, quæ quidem lachryma colore eſt intentè rubro, ſanguineo, tranſparens, friabilis: alter ſanguis draconis illis eſt acchilleæ ſyderitidis ſuccus defæcatus atque ſiccatus. Porro de Cinnabari dicemus inter metallica.

Scammonium ſtillatitius liquor eſt plantæ, græcis ſcammoniæ dictæ. Laudatur nitidum, rarum, leue, colore quàm ſimilimum taurino glutini, fungoſum, tenuibus fiſtulis addunt nonnulli, ut linguæ tactu albeſcat: ſed ut ait Dioſc. huic notæ fidendum non eſt. hoc enim euenit adulterato, quod admiſto ſit tithymali lacte. Hæc autem nota longè certior eſt, nempe ſi guſtatu linguam non urit, quemadmodum tithymalus. Adulteratur tithymali lacte &

ste & farina orobi, sed ex notis prædictis dignoscitur.

CENSVra probitatis simplicium.

EX GVMMI ET Resinis.

ARmoniacum græcis hammoniacum thymiama, & latinis ammoniacum dictum, lachryma est ferulæ Dioscoridi. Probatur benè coloratum, minutis glebis thuris similitudine, densum, sincerum, castoreum odore imitans, gustu amarum: ligni, calculorum, similium'que sordium expers.

Bdellium lachryma arboris Saracenicæ uel Sẽbrachenicæ cum Hermolao, optimum est carens cortice, ligno, sordibus, ut taurinum gluten, transluces & clarum, odore ungnis marini incensum, gustu amaro, intus pingue, & si tactu subigitur mollescit. Scythicum est atrius, resinosius, mollicns magis: Arabicum resinosum, liuescens, lucidum, magis siccans, nisi recens sit & humidum, & tundendo facilè mollescens: Indicum sordidum, nigrum, grandioribus glebis, in offas conuolutum. Adulteratur gummi, sed ad minus est amarum & minus suffitu odoratum. Ex eo quod in usu est, deligendum quod maximè accedit ad prædicti notas, donec præstãtius aliquod aduehatur.

Belzoin officinarũ est myrrha potius electa dulcis, quàm laserpitium, ut supra in Asa demonstratũ

CENSVra probatis simplicium.

est. Optimum censetur transluces, albis præditum glebulis, thuris æmulum, rubescens, odore gratο, & quando uritur xyloaloës odorem referens: hac enim ratione ab adulterino dignoscitur.

Camphora uel Caphura, Arabibus Indicæ arboris lachryma est, Alijs uero, Indici bituminis genus. Ferunt Indos id bitumen quod ex Camphora natiua stillat excoquere, quodq; tenuissimarum est partium albescere, & sublatum operculo adhærere, camphuramq; in hunc modum conformari, ut illam uidemus. Hinc fit ut mercatores Caphuræ bitumẽ plærunq; admisceant: sed nõ ita candicat, ut caphura illa modo iã dicto excocta. Eligatur alba, pellucida, sincera, ualde odorata, quæ pani calido imposita madescit. nam quæ spurca est æresci t. Semine limi, aut psyllij, aut pipere sepulta conseruatur, ne aëri exposita euanescat. Deterior est crassa, fusca, nigra, assulis ligni sui implicata.

Dragagantum, græcis tragacantha, lachryma est, quæ à radice plantæ cuiusdam spinosæ eiusdem nominis manans, concreuit. Laudatur alba, perlucens, gracilis, læuis, sincera, subdulcis: saliua in ore diu lentescit. Quæ uero est antiquata magis pallescit primum, deinde rufescit, tandem etiam flauescit, (quod lachrymis propè omnibus commune est) fitq; tragacantha hæc annis amara, ob idq; validior, dulcium cæterorum more. Ob id etiã multi

traga

tragacantham flauam antidoto aureæ Alexandri, antidoto Hadriani, & diacurcumæ maiori & alijs quibuſdam compoſitis miſcent, quæ calida ſunt, præſertim ubi cocta ſunt, & (ut dicunt) fermẽtata, poſt annum ſcilicet dimidium: alijs uerò frigidis aut temperatis albam aut pallidam. Porro Florentinis uidetur gummi Arabicum eſſe uera tragacantha. Et tragacantha dicta uidetur eis eſſe acacia: aiuntq; proinde alteram alterius loco ſumi poſſe, cum utres habeant ſimiles.

CENSV. ra probitatis ſimplicium.

Elemi ſiue Elemnij gummi, quibuſdam cedri Lachryma eſt, aut oleæ Aethiopicæ, aut arboris ignotæ. Melius eſt ſcammonio ſimile, reſinoſum, fuluũ, ſtillis exilibus conſtans, mordax. Damnatur hãmoniaco uel gummi Arabico ſimile, colore nigricans, morſus expers. Explora an uerum ſit officinis: nam quod proferunt, eſt reſinæ piceæ aut pinus, quam Burgundicam uocamus, colore & conſiſtentia ſimile, & odore primum leui, deinde tamen ualentiſſimo, & multis graui.

Euphorbium eſt ſuccus ex arbore ferulæ ſimili emanans. Duo eius genera Dioſcoridi: Vnum ſarcocollæ modo emicans, in granula concretũ orobi magnitudine: Alterũ ueluti fæx quædam eſt, imbecillius. Sit autem probum Euphorbium lacteum, cauſticum & urens, tenuium partium, uel orobi magnitudine, ſarcocollæ modo emicans, uel in ouillis, aut hædinis uentriculis exceptum & concretũ,

CENSVra probitatis simplicium.

(quoniam hos solos non erodit.) uitreum, translucens, acre, recens, albißimum, ubi calore multo & igneo egetur: ubi modico, luteum & uetus. Recens enim albus est & calidus, & leui gustatu os accensum diutius sic tenet, ut cætera gustata euphorbium restipiant. Calor autem hic caducus est & cito euanidus, fitque uetustate cineritium pallidius aut flauius, & modice calidum. Bimum aut trimum adhuc mediocre uiribus est, & interdum quadrimum: quinto autem aut sexto anno exoluitur, procedente que tempore totum elanguescit, ne putes cum uulgo annis decem posse integrum seruari, etiam cum milio, lentibus & fabis. Recens uerò, quia uiribus est uiolentis, non usurpandum nisi medici optimi consilio, præsertim sumendo remedio. Mesuæ uerò optimum est leue, fragile, pallidum, clarũ, acerrimum, odore mordax, annotinum. nam recentius igneũ est & uenenosum. Adulteratur lacte hædino, sarcocolla, glutino: id igni iniectum, odorem edit fastidiendum: aut sarcocollæ & gummi Arabici mistione: sed tunc difficile est experimẽtum, quia (ut modo dictum) euphorbio os uel leui gustu accensum, additamenta reliqua dignoscere & interstinguere nescit.

Galbanum ferulæ Syriacæ liquor est. Laudatur multis granulis constans, merum, thuris aut ammoniaci effigiem præbens, cartilaginosum, pingue, non lignosum, retinens nonnihil seminis è sua ferula,

rula, graue odore, ſapore abominabili, neque humidũ, neq; aridũ, ſed humidi et aridi medium. Adulteratur reſina, fabæ farina, & ammoniaco: quod ex notis iam dictis deprehenditur.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Gummi Arabicum uulgò dictum, & gummi abſolutè, ex Acacia Aegypti ſpina: laudatur uermiculorum in ſpeciem contractum, uitri modo perlucidum purum.

Lacca Arabum, græcis cancamum dictum, hodie non reperitur: ideo'que eius ſuccedaneo ſtyrace utendum.

Manna thuris, ſunt minutiſſimæ thuris micæ, ex magnis faſciculis concuſſu eliſæ, à thure læuigato diuerſæ. Laudatur alba, pura, micarum'que frequentia prædita. Sunt qui cribrata pinireſina, ac polline & gummi, aut cortice thuris contuſi adulterant: ſed hæc igne deprehenduntur. nam adulterata non æqualiter flagrat incenſa, nec aëreum uaporem ſed fuliginoſum & impurum exſpuit, uariarum'que odorem habet, quia gummi non inflammatur, reſina in fumum abit. Hodiè minutiſſimæ thuris micæ ſunt in uſu.

Maſtiche lentiſcina reſina eſt ex Ebio inſula. Præfertur reſplendeſcens nicedulæ modo, & candore Hetruricæ ceræ ſimilis, craſſa, retorrida, odorata, friabilis: Viridis inferior eſt. Adulteratur thuris reſinæq; pinææ nucis miſtura.

Pix

CENSV ra probitatis simplicium.

Pix è lignis pinguibus et resinosis fluit, præsertim pino. Quibusdam tamen in locis propter pini penuriam, ex picea, cedro, terebinthe, cæterisq; similibus congregatur, eo quem infra dicemus modo. Pix naualis uulgo uocatur, estq; duorum generum. Liquida & sicca. Liquida duorum item est genus: Vna quæ primum affluit, aquæ perquam similis, qua in Syria utuntur in condiendis corporibus, & cedriam appellant, quòd ex cedro fiat: nam pinos non habent: Altera secundus est qui effluit liquor, qui uasculis collectis, densatur aceto, sicq; coactus, pix brutia appellatur, in hoc solũ à priore differens, quod concreta sit, colore fusco, & pinguior: hac picabantur utres uinarij. Pix arida fit è liquida iterum cocta, huius sunt itidem duo genera: Vnum quod uisci modo lentescit, alterum siccum & friabile.

Præter hæc aliud quoddã genus reperitur, quod pissel æon appellant: exprimitur ex lana, qua excepti sunt uapores elati sursum quam diu pix coquitur. Præfertur quod ex pice brutia fit.

Aliud picis genus zopissam uocabant ex derasa nauibus resina & cera conflatam. Omnes hæ picis differentiæ reperiuntur. Liquida præfertur splendens, læuis, syncera. Sicca probatur pura, pinguis, odorata, subrufa, & resinosa. Improbatur adusta, fumum redolens & acida. Probatur ucrò ea, cuius fragmenta splendent, quæ dentibus

tibus preſſa lente ſcit, & guſtu eſt ſuaui.

CENSV ra probita tis ſimplicium.

Pix græca pini alterius'ue arboris reſina eſt aqua cocta, donec perdito natiuo odore, friabilis & arida reddatur: hæc colophonia, uocatur, quod è colophone adueheretur. Per colophoniã igitur ſemp pix græca intelligenda eſt, non quod reſina incocta non etiam colophonia uocetur, ſed quod in medico uſu huiuſmodi reſinis non utimur, niſi coctis, aut rarò admodum, præſertim cum liquidæ ſunt.

Reſina liquor eſt ex pinu, picea, abiete, terebintho, larice, cedro, alijſ'que ſimilibus ſponte profluens. Eius duplex eſt differentia: Vna liquida ueluti terebinthina ex terebintho, larigna, è larice quæ uulgaris Italiæ eſt Terebinthina: nam eius, quæ è terebintho profluit, copiam non habemus. Altera arida ut quæ ex pinu exit, & è fructu arborum reſiniferarum, thuri ſimilis. Ex liquidis terebinthina reſinas omnes antecedit, candida, perlucida, uitreo colore, & in cæruleum uergente, odorata, terebinthum olens. In huius locum ſucceſſit, ut dictum eſt, larigna quæ mellis colore & odore eſſe debet. Ex aridarum genere eligi debet odoratiſſima, translucens, non retorrida, neque nimium humida, friabilis, & quendam ceræ colorem præbens. Improbatur rubra, & dealbata. Ex his reſinæ è picea & abiete, cæteras antece-

dunt,

dunt, & thus odore imitantur.

CENSVra probitatis simplicium.

Sandaracha Arabum est gummi Iuniperi, uulgò uernia: quia uerno tempore exsudat, & rore uerno magis concrescit, & legitur. Bonum est recens, perlucidum, pallidum, dum uetera uit, flaueſcit, & fit friabile maſtyches modo, quam toto habitu multum mentitur. In uſu frequentiori tamen est ſcriptoribus & pictoribus quàm medicis, præterquàm in ſuffitibus. Sandaracham autem Arabum euidenter diximus propter ſandaracham græcorum, quæ inter metallica cenſebitur.

Sarcocolla lachryma est arboris in Perſide naſcentis, pollini thuris ſimilis, colore candido aut rufo, guſtu amaro. Præfertur rufa, & quo guſtu amarior est, eò melior. Adulteratur gummi, ſed guſtu deprehenditur. adulterina enim amara non est, quanquam uera inuentu rara est.

Serapinum quod græcis ſagapenum nuncupatur, ferulaceæ plantæ ſuccus est. Optimum est translucens, fuluo forinſecus colore & intus albo, neſcio quid inter laſer & galbanum redolens, guſtu acri. His addit Meſue ut ſit ſpiſſum, & leue, odore porri, facilè in aqua uel uino reſolabile: quia quod has notas non habet, adulteratum aliis gummi cenſetur. Præſtantius est quod ex Oriente aduehitur, quàm quod aliundè.

Storax hodiè duorum est generum. Vnum ſtorax Ca-

rax Calamita appellatur, græcis ſimpliciter ſtyrax: Alterum ſtorax liquidus, qui myrrha ſtacte (quæ pinguiſſima myrrhæ pars eſt) plærisq; eſſe creditur: hoc tamen falſum eſſe deprehenditur in eo qui in officinis eſt, quia quum odore ſit deterrimo, à myrrha alieniſſima res eſt.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Styrax uero calamita gummi eſt arboris malo cotoneæ ſimilis. Præfertur flauus, ſubrufus, craſſus, reſinoſus, albicantibus grumis, quamplurimum in ſua odoris gratia permanens: qui dum mollitur melleum liquorem reddit: Deterior niger, friabilis & furfuroſus. Adulteratur ligni ipſius ſcobe, melle, cera, adipe odoribus imbuto, & quibuſdam alijs. Dignoſcitur quod adulteratus inualido ſit odore: ſincerus uerò admodum acer ſit. Qui hodie officinis in uſu eſt, aliqua ex parte Dioſcoridis deſcriptioni conuenit, eo'que utendum arbitramur, donec melior proponatur. Notandum itaque demum propter confuſionem uitandam, ſtyracis nomen multis tribui, uidelicet Calamitæ ueræ, de qua modò hic: item liquidæ, item rubræ: (de quibus duabus ſupra in myrrha:) item cortici cuidam ligneo, fuſco & arido, quem thymiama uocant, atque malè ſtoracem rubeam.

Thus, lachryma arboris Arabicæ, pinguius, albius, emplaſticum: flauius & ſiccius, & antiquatum magis. Quod fœminimum uocant, reſinoſum magis

CENSVra probitatis simplicium.

magis est ac molle, cito ardens: masculum in thuris genere primatum tenet, suapte natura rotundum, guttarum formam retinens, indiuiduum, candidum, cum frangitur intus pingue, in suffitu statim ardens. primum quidem candicat, tandem etiam rufescit. Adulteratur resina piceæ, & gummi: sed thus ardet: gummi non inflamatur: resina in fumum abit.

Vernix paulo supra in sandaracha.

EX MARINIS.

Ambra odorifera (ad differentiam ambræ citrinæ, de qua paulo post in succino) quæ ex Arabia facile & India defertur: iuxta quorundam sententiã etiam ex bitumine nascitur, eodem, quo Ambra fulua Germanica, modo. Hæc plerunq; in uentre piscis reperitur: improbatur quæ in stomacho est: ea uerò optima habetur, quæ nondum à piscibus deuorata est, tametsi in ipsis piscibus non aspernanda interdum reperiatur. Optima est quæ ex India adducta fuluescit: post eam quæ ex Arabia fœlici adfertur. Est etiam factitia ex Moscho, Zibetho, ligno aloës, stirace & ladano: Odor autem rerum ex quibus fit, & color qui plerumque niger est, illam prodit: præterea aquæ imposita citius mollescit quàm natiua.

Bitumen græcis ἄσφαλτος dictum (de quo ambigi posset an marinis uel terreis attribui

hui debeat, cùm utrinque nobis ſuppeditetur) eſt ueluti terræ adeps, qui facilimè ignem concipit. Duûm eſt genera. Quod liquidem eſt, ut oleum uulgò Petroleum uocatur omnibus notum: Aliud denſum picis modo, quod antequam concreſcat liquidum aquis ſupernatare ſolet: Huius generis eſt quod in Iudæa naſcens peculiariter Aſphaltos dicitur: Eius uerò probatio eſt ut purpuræ modo ſplendeat, ſitque ponderoſum, & ualidum odorem uibret, Nigrum autem & ſordidum uitioſum eſt. Adulteratur pice, quod color niger indicat, & picis odor.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Quod Babylone natum Naphta uocatur teſte Dioſcoride, Bituminis candidi aut etiam nigri colatura eſt, uis ei ignium rapax. Huius loco quia ad nos non adfertur, noſtro petroleo uti poſſumus.

Quod in Apollonia Epiratarum naſcitur, quod miſtam bitumini picem redoleat, piſſaphaltos appellatur, & mumia Arabũ eſſe creditur: tametſi mumiam etiam appellent confectionem quandam qua cadauera condiuntur.

Factitia etiam eſt piſſaphaltos admixta pice bitumini.

Aliud porro bituminis genus eſt lapidis modo induratũ, ueluti terra pharmacitis, aut ampelitis: Deinquod inſtar fragmentorũ ligni terra effoſſũ, ſed atrum ut carbo, multis locis reperitur. Multi

CENSV ra probita tis simplicium.

præterea alij lapides bituminis naturam habent, quæ aliàs indaganda præterimus.

Blatta bizantia, unguis odoratus dictus, conchylij tegumentum est odore Castorium referente, ad suffitus idoneum. ipsa enim testa mox liquatur igni, bituminis modo, quòd etiam improbè ipsa olet. Quidem albicantem odoratam magis commendant.

Succinum quod græci ἤλεκτρον & fabuloso nomine λυγγόριον, Arabes karabe & kakabre, Galli ambram seu ambram citrinam, Germani ueteres gleſſum q.d. uitreum, recentiores Agtſtein/ Sudanij gentar appellant, est purißimum, leuißimum, optimum, suiq; generis bitumen, (quemadmodum & Ambra & Camphora) quòd è littoribus defluens in mare, concrescit eo quo uidemus modo. Reperitur in Prußiæ Germanicæ regionis maritimis, procellis in littus prouolutum, & ritibus accolarum ad id destinatorum exceptum.

Eius sunt aliquot genera: Fuluum quod flauum, clarißimum & omnino perlucidum est, unde & falernum Valerio Cordo dicitur: item cereum, itidem flauum ceræ colorem habens, nec adeò pellucidum: item nigrum. Gaganes enim ille lapis paleas attrahens, nihil aliud est, quàm Succinum nigrum: atque hæ differentiæ à coloribus sumptæ mutuò inter se permiscentur atque confunduntur. nunc enim dicti modò colores conspiciuntur turbidi, nunc omninò pellu-

pellucidi, nunc ex quibuſdam eorum aut ſimul omnibus mixti & ceu conuoluti. Ex his itaque differentijs, candidum cui olim nulla authoritas, quoniam parcius gignitur, nunc auri precium æquat, præſertim quod pellucidũ eſt: deinde quod falernũ. In quibus etiam eſt cernere lacertas, ranas, culices, muſcas, formicas, & alia inſecta, quæ in eo trãslucent, atq; metallica etiã quædã, ceu aluminis chalcanthiq; uenas, &c. Probatur ſuccinũ omne quod attritu calefactũ, ilico paleas, aliasq; res minutas ad ſe trahit, & quod accenſum bituminis odorem reddit.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Vniones ſeu margaritæ ex quodam concharum genere auulſi, ſint corpulenti, integri, non perforati. Sunt qui à natura perforatos præferant, quod per foramen excrementis ſint purgatæ.

EX TERRIS.

BOlus armenia hodie duorum eſt generum: alterum orientale: alterum noſtras, quod multis locis & proximè in uicinia huius urbis, utraque rubricæ ſpecies eſt. Exiſtimant nonnulli bolum Orientalem ex Armenia aduehi, eßéque illam ipſam, quam Galenus colore pallido, Arabes luteo, croco ſimilem deſcribunt. Cæterum cum illa ſit rubra, ut dictum eſt, non abs re dubitatur, an ſit bolus armenia. Alij putant ueram eſſe terram Lemniam, quæ olim capræ imagine ſignabatur: aut eam potius, quæ Galeno rubrica Lemnia uocabatur, à terra Lemnia differens. Nam rubrica manus

CENSVra probitatis simplicium.

inficit, terra uerò minimè. Vtut sit, existimamus alteram alterius loco usurpari posse. Nostrate uti possumus in medicamentis foris applicandis: imò & intus, si ritè præparetur, hoc modo: Abluatur uulgaris noster bolus aceto acerrimo, ut quam purissimus ab arenosa commixtione reddatur, & iterum puratus exsiccetur: Deinde quod siccatum est ponderetur, tantundémque ponderis aceti capiatur cum quinta eiusdem ponderis parte olei, atque ita in massam subigatur totus bolus, qui ita paratus, in fictili Sigburgico reponatur, quod subfossum in uino uel terra asseruetur per aliquot menses pro fermentatione: imo quo diutius ita fermentetur, eò melior reddetur. Huius boli ita parati usus non incongruus erit tempore pestilentiæ, quam misericorditer auertat Deus.

Ochra eligenda leuissima, et omninò lutea, friabilis, non lapidosa.

Rubrica sinopis Dioscoridi dicta, quod in Sinope urbe uenderetur, terra rubra est. Hodie ad nos ex plerisq; aliis locis aduehitur sub boli armeni nomine, cuius modò meminimus. Maximè probatur ex Dioscoridis sententia, grauis, densa, ad iecinoris imaginem uergens, calculorum expers, concolor, quùm dissoluitur admodum fusilis. Bolum autem intelligimus nostratem.

Rubrica qua hodie fabri utuntur, aliud rubricæ genus est, fitq; ex ochra cocta.

Sigillũ

Sigillum lemnium siue terra sigillata officinarum, terra Lemnia Dioscoridis, & Galeni esse debebat. Hoc tempore duo terrarum genera Constantinopoli adferuntur, una rubescens, in placentulas exiguas formata, charactorib. Turcicis signata: altera ex cineritio colore candicans, maioribus formata placentulis, characteribus item signata Turcicis. Magno in pretio sunt apud Turcas, maximeq; commendatur aduersus uenena, neque facilè earum copia haberi potest. Quæ Constantinopolim adferuntur, non è Lemno sed alijs ex locis multoq; longius dißitis aduehuntur. Itaque arbitrandum non est ullam ex iam dictis terram Lemniam esse. Rufa quibusdam è Lemno aduehi, uerâque terra Lemnia esse creditur. Plærique bolum armeniam orientalem ueram esse terram Lemniam crediderunt. Sed nihil certi statuere poßumus: magis tamen illi quadrare uidentur terræ Lemniæ notæ, quàm duabus prædictis. Reperta est etiam in Melita, terræ quoddam genus candidum, leue, quod à circumforaneis impostoribus uenditur, aduersus uenena efficax. Itaque terræ lemniæ loco commodè, aut bolus armenia ex Oriente petita, aut prædictarũ aliqua sumi potest, tametsi Turcicæ aduersus uiperæ morsus non admodum efficaces sint, multoq; minus quæ ex Melita adfertur. Verum si bolus armenia aduersus uiperæ morsus eam haberet uim, quam terræ Lemniæ tribuunt, terra lemnia le-

CENSV ra probitatis simplicium.

CENSV ra probita tis simpli- cium.

gitima sine cõtrouersia esset, aut saltem illi securè substitui posset, & facilè esset experimentũ, quemadmodum de Turcicis terris in canibus à uiperæ demorsis periculum fecimus. nam quibus allium cũ uino datum est, hi liberati sunt, quibus uerò terræ suprarecitatæ, hi mortui sunt, aut magna cum difficultate liberati.

Terræ sigillatæ officinarum cum ne una quidem notalemniæ quadret, nullus usus esse potest, nisi in ijs duntaxat medicamentis, quæ foris adhibentur. hæc enim nihil præter manifestarum qualitatum operationem desyderant.

EX LAPIDIBVS.

De cadmia fornacaria, quæ thutia est officinarũ, agitur infra inter metallica in thutia.

Cadmia fornacaria melior est botrytis, idem racemosa, in summo fornacis ærariæ affixa, densa, modice grauis, in leuitatem magis inclinans, colore spodij, & quæ fracta cinerulenta & æruginosa est.

Cadmia lapis, calaminaris uulgò dicitur, cuius puluere æs rubrum pallore tingunt, & augent etiam hodiè fabri ærarij. Is alieno sapore mandenti est, & in farinam tritus, acetõ subactus, in sole siccatus coit in lapidem, in igne manet, & fuliginem edit luteam uel æream, quæ lapidi cuidam in lapidum fodinis inuento, à nonnullis malè pro Cadmia suppositio, conueniunt. Reperitur itaque aliud Cadmiæ genus, lapidis similitudine, in ærarijs fodinis, teste Gal. tametsi Dioscor. neget: imò

hodiè

hodiè adhuc reperitur, hisq; usui est, qui aurichalcum conficiunt.

CENSVra probatis simplicium.

Hæmatites probatur friabilis, saturato colore, niger, durus, & suapte natura æqualis, nulla sorde admista, nulloq; zonarum discursu.

Lapis Iudaicus metæ striatæ forma, tener, & friabilis.

DE LAPIDIBVS PRE-cio sis.

LApis armenius, Italis uer dazuro, quasi uiri de cæruleum dicas, tametsi ex Armenia non aduehatur, multi tamen existimant, eo qui ex Germania adfertur, uti nos posse, eo delecto, qui est læuis, colore cæruleo, perquam æquabilis & friabilis: Sed cùm nec eius magna sit copia, eius loco lapidem Lazuli usurpabimus.

Lapis Lazuli quem græci Cyaneum, Itali azuro oltramarino, hoc est, cæruleum transmarinum appellant, lapis est cærulei coloris, qui in æraris, argentarijs, & auraris uenis reperitur. Optimus est qui in aurarijs oritur, saturi coloris, maculas quasdam aureas stellarum modo radiantes habens, qualis is esse solet, è quo fit color ille cæruleus. Huius usus esse debet magna cura adhibita, ne factitij pro eo sumantur: hos enim pictoribus relinquere debemus, natiuo'que benè uti, postquàm lotus erit.

EX METALLICIS.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Aeris flos grana quædam minutißima ſunt panici effigie, rubentia æris modo, quæ exiliunt ac erumpunt, quando æs per cola funditur, eiq; aqua pura et frigidißima affunditur. Facilè reperiri poteſt in ærarijs officinis.

Optimus eſt friabilis, in attritu ſeu cum teritur fulueſcens ſeu rufus, milij effigie, breuis, ponderoſus, modicè ſplendens, guſtu adſtringens & quaſi mordens, qui delimatam æris ſcobem ſeu ſquamam & limaturam non recepit, qua ſæpè adulteratur. Sed id facile deprehenditur dentium allißione. Scops enim nõ atteritur ne'ue friatur, ſed dilatatur. Notandũ tamen quod Guido & alij conſimiles neglectæ purioris latinitatis uiri alioquin docti, ſub nomine floris æris intelligant accipiantq; ærugi-nem.

Aerugo autem eſt æris uelut rubigo.

Aeris ſquama laudatur craſſa, rufa: præſertim ſi aceti reſperſu ærugínem contrahat, ueluti ea eſt, quæ ex ære rufo decutitur, & olim ex ære cyprio. Improbatur tenuis, inualida, candida, aut nigra.

Aes uſtum probatur rubrum, & quod tritum, colore cinnabarim imitatur: nigrum uerò plus quã decet exuſtum eſt.

Aluminis apud ueteres tria fuerunt genera: liquidum, rotundum, ſciſßile, non in fila tantum, ſed

digitis friabile, quo duntaxat utimur sub nomine uulgari aluminis plumæ. Cæterùm quotiescunq; in medicamenti alicuius compositione alumen simpliciter reperitur, sciβile intelligendum est, ueluti omnium efficaciβimum: Optimum est cãdidiβimum, ualdè adstringens, graui odore, non lapidosum, non compactum, sed plærunq; in capillamenta quædam canescentia dehiscens: aquæ innatat, linguæ & cuti integræ mordaciβimum, igni liquatur, ut alia alumina: quibus notis tribus ab amiantho lapide, pro ipso supponi solito, facilè secernitur: præterea gustu dignoscitur: nam lapis amianthus non adstringit, Ex Aegypto adfertur. CENSVra probitatis simplicium.

Præter iam recitata aluminũ genera, factitia tria reperiuntur: nempè alumen fœcum, quod fit ex uini fœcibus sole siccatis, donec albescant, deinde ustis: Alumẽ calinum, quod fit è cineribus herbæ coli, seu Sodæ uulgaris: Alumen, Scaiolæ, idq; fit è lapide speculari, quem uulgò speculum asini uocãt. E factitijs etiam sunt alumen rochæ, & Zuchar mum: Illud ex lapide candido, interdum subrubro sæpius præparato: hoc uerò ex alumine rochæ, sacchar o, & oui albumine paratur. Aluminis liquidi & rotundi loco satis commodè usurpare possumus alumen rochæ. Syluio item uidetur alumen liquidum idem cum alumine rochæ esse, dum inquit: Liquidum maximè crassarum est partium, et uiliβimi precij, quia in omnibus regionibus inuentu est facile, cruste &

lateris figura. Quia facilè opinor liquatur, liquidum dicitur. hæc ipſe.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Arſenicum, auripigmentum, metallicares eſt, aurum colore imitans. Eius apud Dioſcoridem duo genera: Vnum è multis ſquamis tanquam bracteolis, ut altera alteri impoſita uideatur, conſtat: id, ſi purum fuerit, nec ulli materiæ permiſtum, optimum exiſtimatur: Alterum colore ſandaracha, hoc eſt, rubrum glandis effigie. Deligendum ergo aureo colore micās, è tenuibus ſquamis conpactū, quod facilè finditur, & lapillis aut terræ permiſtū non eſt.

Notandum autem propter confuſionem uitandam, quod Serapio in Auripigmenti rubri nomine deſignatur Sandaracha, de qua paulò infra. Similiter eadem Sandaracha Chymiſtis Arſenicum rubrū dicitur. Arſenicum autem abſolutè poſitum, chymiſtis eſt album, naturale & foſſitium. Riſagalum autem, quod uocant, in genere eſt Arſenici in ijſdem fodinis inuentum.

Borax notum eſt officinis. Fit è lapide tranſlucido borace dicto, nitri foſſilis genere. Huius uſus eſt in medicamentis & aurifabrorum officinis, quē admodum apud ueteres chryſocollæ. Hæc metallica erat & factitia.

Metallica in aurarijs, argentarijs, & ærarijs fodinis reperiebatur: præſtantiſſima erat æraria, præſini coloris: ſed & hodiè adhuc in ærarijs fodinis reperitur, arenæ per ſe ſimilis, aut materiæ metallicæ per-

cæ permiſta, ſed quæ abraſa arenæ ſimilitudinem gerit. Factitia, ex pueri urina in æreo mortario trita piſtillo æreo fiebat. Hæc medicis in uſu fuit. Sunt etiamnum aliæ factitiæ, quæ pictoribus tantum ſeruiunt. CENSVra probitatis ſimpliçium.

Chalcanthum infrà Vitriolum.

Chalcitis metallica res eſt, in uenis ærarijs nata, mediæ inter miſy & ſory facultatis, mediiq; ſitus, quibus caremus ob non uſum: habere tamẽ poſſemus utiq;, ſi priſca ueterum remedia in uſum reuocare uellemus.

Cinnabarũ neotericorum, factitium quiddam eſt ex ſulphure uiuo & argento uiuo ſimul uſtis, proinde nulla ratione ſubſtitui debet pro Cinnabari græcorum, quæ uires habebat eaſdem cum hæmatite lapide, & tam rara erat etiam ætate Dioſcoridis, ut uerſicoloribus pictorum lineis uix ſatisfaceret, unde eam incognitam eſſe fateri cogimur. Eius nonnulla facta eſt mentio in ſanguine draconis, ſupra inter ſuccos & liquores.

Diphryges quaſi bis toſtum, eſt perfecti æris ueluti fex ſubſidens, & cohærens imæ fornacum parti: ablato ære poſt aquæ frigidæ effuſionem uiſitur: Acre eſt ut æs uſtũ. Præfertur quod ſaporẽ æris & æruginis habet, aſtringẽs & uehementer ſiccãs linguã, quod exuſta ochra ſibi nõ uindicat, quæ tamen diphrygis uice uẽditur: adulteratur enim ochra uſta quæ uti diphryges rubeſcit. Eſt etiãnum aliud genus

factiti-

CENSV ra probita tis simplicium.

factitium quod ex pyrite eroſo lapide fit, multos dies ut calx cremato, donec rubeſcat ut rubrica: deinde ſublatum reponitur. Fiebat etiam è luti cuiuſdam cyprij genere hodiè inuſitatum, priora uerò duo genera facile reperiri poſſunt.

Lithargyros lapis eſt è plumbo factus. Plumbū enim dum ſecunda fornace excoquitur, aut ſolum aut metallo aliquo permiſtum, partim in litargyron, partim, in plumbiginem uertitur. Duo ſunt eius genera: Vnum colore aureo: alterum argenteo: quo fit ut illud lithargyros auri: hoc lithargyros argenti nomīetur. Inde uerò hæc differētia nata eſt, quòd alterum altero maiorem uim ignis paſſum ſit. Eſt igitur à colore & non à ſubſtantia illorum metallorum, auri ſcilicet & argenti denominata differētia, qua in re etiam Syluius hallucinatur. Lithargyrum auri præfertur, hodiè notiſſimum.

Nitri apud ueteres multæ erant differentiæ, natiuum, factitium, & aphroniteum, quod ueluti nitri flos erat. Hodiè unicum habemus nitri genus, nempè boracem non excoctam, quæ quibuſdam nitrum foſſile eſt, eoq; nitri loco uti poſſumus.

Sal nitri, tametſi proximè ad nitri naturam accedat, nullus tamen eius in medicina uſus eſſe poteſt, præſertim in his quæ nitro aſſumuntur.

Sal natiuus eſt & factitius. Natiuus uel in terra uel ad mare ex aqua marina, uel in lacubus, uel in

flumini-

fluminibus, aut in fontibus. Natiui (quamuis uariæ sint differentiæ, diuersisq; locis reperiantur) in usum tamen medicum tres recepti sunt, uidelicet, Sal ammoniacus, uulgò armeniacus dictus, sal gemmæ & sal Indus. Ex his uerò Salem gemmæ duntaxat habemus, candidum, transluentem crystalli modo, estq; sal fossilis. Sed armeniacus hodiè dictus, non est natiuus sed factitius.

CENSVra probitatis simplicium.

Ex eorum genere, qui sponte in aquis generantur, multæ sunt differentiæ. Qui in mari nascitur & in scopulis reperitur, ex spuma maris conflatus, spuma salis appellatur. Qui in Iudeæ lacu gignitur, in quo & asphaltus nascitur, à Mesue & ab Arabibus, sal naphthicus, amarus est. Hoc caremus quemadmodum & reliquis natiuis in Lacubus aut fluminibus repertis.

Factitiorũ uaria sunt genera, secundum materiã, ex qua fiunt, differentia. Nam alij ex aquis salsis generantur, ucluti marinus, & qui ex fontibus fiunt, ut sal communis: Alij ex cineribus, aliáue materia, quemadmodũ sal alcali, qui fit ex herba cali, ex qua etiam soda appellata, conficitur, & uulgaris Armeniacus, qui in Alexandria fit in balneis. Cæterum hodiè pro efficacissimo in Medicina sale gemmæ utimur, qui fossilis est, ut diximus, & in Germania alijsq; locis eruitur. Præfertur deinde marinus, omnium infirmissimus & uulgaris.

Saccharum Candi tametsi Auicenna interdum

salem

CENSVra probitatis ſimplicium.

ſalem Indum appellet, inter ſales tamen referendus non uidetur. Is præterea quem Dioſcorides ſalis florem aut rectius maris florem (ἄλος ἄνθος) nominat, ſali multũ diſſimilis eſt. nihil enim aliud eſt quàm pinguedo quædam crocei coloris mari, Nylo, & alijs lacubus innatans, quem Val. Cordus Sperma Cæti uocatum eſſe non modò contendit, ſed etiã demonſtrat. Qui propriè flos ſalis dicitur, in ſalis fodinis reperitur, & in ipſis etiam ſalignis, uelut pollen quidam craſſiorem ſalem ambiens tenuiorum multo eſt partium, quam ſal, colore candidiſſimo, interdum cinereo, qui inferior eſt.

Sandaracha græcorum metallicus lapis eſt in metallicis uenis, plærunq; cum auripigmento ſiue arſenico naſcens, rufa eſt, cinnabaris colore, nonnihil ad luteum uergens, quæ cum uritur, fumum exhalat pallidum, ſulphuriſq; uirus redolet, tametſi non cõſumatur. Facile hodiè legitima haberi poteſt: factitia tamen etiam fieri poteſt, ſi auripigmentum coquatur, donec cinnabaris colorẽ contrahat, poteſtque uerè ſandarachæ ſubſtitui loco: unde etiam Serapioni auripigmentum rubrum, & chymiſtis arſenicum rubrum dicitur: affinis enim eſt arſenico naturalibus & natura, ut ſupra in arſenico dictum. Sed animaduertendum eſt Sandarachæ uocabulo apud Arabes uernicem intelligi, de qua egimus inter gũmi & reſinas. Itaq; cura adhibẽda, ne altera alterius loco indifferenter uſurpetur.

Scoria

Scoria, eſt ueluti ſtercus, ſpurcitia, & recrementum omnium ferè metallorum, germanicè ein ſchlackẽ.

CENSVra probitatis ſimplicium.

Differt à ſquama, de qua paulò poſt. Scoria itaq; illud eſt, quod à uena metallica, dum coquitur, excidit, quodq; ubi metallum in catinum defluxit, ab eo detrahitur, præſertim in ſecunda coctura. Prima ſcoria grauißima eſt, quia aliquid adhuc matalli admiſti habet. Ideo ſecundo & tertio recoquitur, donec totum metallum exemptum ſit, & ſcoria quæ ſubſidit leuißima eſt, & uelut ſpongia. Eximitur Scoria ex uenis auri, argenti, æris, plumbiq; candidi & nigri: Ex argenti uerò uiui plumbiq; tertij generis, quod cinereo colore eſt, uenâ non detrahitur ſcoria: nam ex his prius effluit metallum, quàm uenâ adeò cocta ſit, ut ſcoria fieri poßit. Omnis ſcoria nitida eſſe debet, nigro'que colore, ea excepta, quæ fit, ubi argentum ab ære ſeparatur, (hæc enim uario colore eſſe ſolet) & ſcoria plumbi nigri, quæ ad luteum colorem accedit, & tenuis eſt, plærunque uitri luteo colore tincti ſplendorem imitatur: tametſi etiam reperiatur plumbo nigro ſupernatans, quæ colore argenteo ſpectatur. Scoria plumbea ea optima eſt, teſte Dioſcoride, quæ ad luteum colorem accedit & uitri ſplendorem imitatur, denſa, fractu contumax, nihil plumboſum habens, ceruſſam repræſentans.

Spodium

CENSVra probitatis simplicium.

Spodium in æris fornacibus inuenitur, ubi & pompholyx, quæ Arabum thutia est (nam officinarum thutia, ueterum cadmia est, ut dicetur paulo infra in Thutia) fiunt ex fauillis è metallo, dũ coquitur, emicantibus, & specie differunt. nam spodium fit è partibus crassioribus, & in ærariarum officinarum pauimentis reperitur. Ideò multum terræ colligit & spurcitiarefercitur. Hoc hodiè in pharmacopolijs nihili griseũ, & à germanis grawo nicht appellatur. Pompholyx fit è tenuissima fauilla quæ in altum euoluat, & tecto fornaciq; adhærens: principio cum fit aquarum bullis simile prodit, quæ per pluuias inter Veris initia erumpunt, colore albo, quæ in tenuissimum pulliniq; similem puluerem dissoluuntur, similes habent facultates, sed pompholyx est tenuiorum partium. Pompholyga pharmacopolæ nihil albũ, germani weis nicht appellant. Probatur quæ Norenbergæ conficitur. Hodiè itaq; utrumq; cognitum, & facilè ex ærarijs officinis haberi posset: sed his substitui possunt Dioscoridis antispodia, aut officinarum thucia. Spodium Auicennæ fit ex arundinis radicibus, eiusq; usus est in ab Auicenna præscriptis medicamentis: nam antispodij genus est. Illud uerò quod ex boum, similiũq; animalium cruribus confectum officinæ usurpant, præstat reijcere, eiusq; loco, aut Auicennæ aut Dioscoridis aliquo Antispodij genere uti, in his præsertim, quæ intrò sumenda sunt, medicamentis: in his

uerò

uerò quæ foris adhibentur, aut uerò ſpodio, aut pomphelyge, aut thutia officinarum præparata. CENSV ra probita tis ſimpli- cium.

Squama metallorum eſt quæ malleorum ictibus de metallis, dum adhuc candent, excutitur. Verum enimuerò ex ære duntaxat & ferro decutitur ſquama.

Stommia ferri propriè dicitur, quod nos uernaculo ſermone ſtahel *appellamus, ſicuti diligẽter id etiam ex quarto libro meteororũ Ariſtotelis notauit & collegit Matthiolus Senenſis.*

Stimmi uel ſtibium uulgo Antimonium, optimum, ſplendidiſſimum, & modo nitedularum emicans, confractu cruſtoſum, arenæ & ſordium expers, friabile.

Thutia officinarum ueterum cadmia eſt, fornacaria ſcilicet. Gignitur in fornacibus ærarijs fuligine flatu egeſta, ueluti ſpodium, & pompholyx, quæ uera eſt Arabum Thutia. Cadmia fit ex craßiore materia, quæ aut in ſublime fertur, altioribuſq; fornacum locis inſidet, uuarum modo cõcreta, botryitesq; appellatur: aut ferreis uirgis adhæret in hunc finẽ fornacibus applicatis: aut parietibus fornacum inſidet, hæc placites nuncupatur. Hodiè maiorem eius copiam habemus, quæ ferreis uirgis adhæret, quàm aliarum duarum: tametſi plurima adulterata reperiatur ex lapidè quodam trito, & cum aqua alioue liquore & ſulphure in luti modum coacto, uirgisq; inducto, deinde cocto. Dignoſcitur colore, qui non

CENSV ra probitatis simplicium.

est ita fuligino sus, neq; ad cœruleum uergens, ut in uera: tum ipsis granulis aut corpusculis, quæ ueluti in uerâ simul cohærere non conspiciuntur: denique ipso pondere. nam uera & legitima multo grauior est adulteratâ. Melior est Borryites, quam rarò nostro hoc seculo uidere contingit, aut quæ Alexãdrina nuncupatur, hæc ea est, quæ circum uirgas aut rudes ferreas insidet, & mocto iam dicto ab adulterata cognoscitur.

De cadmia porro lapide, suprà inter lapides tractatum est. Vt autem illustrior reddatur nostra dictio de quibusdam modò dictis, iuuabit sequens, ueluti ad ocularem inspectionem, subijcere schema, quod κατ' ἀυτοψίαν *Islebiæ in comitatu Mansfeldico suffigurauimus.*


A
B
C
D
E
F
G
G
D
E
F
Qñ æs liquare volunt, imponũt primũ carbones, deiñ æs: deiñ iterũ carbones, deinceps iterũ æs: & sic deinceps.

CENSVra probitatis simplicium.

Declaratio partium fornacis ærariæ literis alphabeticis denotatarum.

A ſuprema pars camini cui adhæret fuligo albicans, quæ dicitur Pompholyx, & alio nomine Cadmia καπνίτις: Sed quod recidit in caminum ſicut cinis, eſt ſpodos. Sed hodiè caminus ſuprema parte pforatus eſt & ſpodos decidit p B. ucz latera camini exteriora, in ſubiecta ſibi ſcãna C. lapidea, in qbus ærifu ſores ponũt uncos ſuos, perticas, & alia inſtrumẽta.

D. Hæc ſunt latera ſeu parietes fornacis quibus adhærent & impactæ ſunt cruſtaceæ partes, quæ cadmia πλακίτις dicuntur.

E. per mediũ fornacem traiectæ ſunt trabes ferreæ, ne latera fornacis concidant, circum quas trabes circumplicantur etiam puriores cadmiæ partes racemorũ in morẽ, & proindè dicuntur cadmia βοτρύτις.

FF. hoc eſt fundum fornacis in quod ſubſidit, quod eſt ex ære feculentum & terreſtre magis, quàm Cadmia, & dicitur diphryges.

GG. Hæc eſt foßcula, ceu piſcinula, poſita ad imum fornacis, in quam transfunditur æs liquefactum. Et dum ita transfunditur, habent perticas longas uncis ferreis terminatas, quibus attrahunt id quod excrementitium ſupernatat, quod uocatur SCORIA AERIS, germanicè Schlacken. Notandum tamen hoc loco ad meliorem intelligentiam Galeni, quod quando argentum ita liquatur & funditur, excrementum illud ſeu ſcoriam eius in longius pro-

protrahi & diduci, & proinde uocari ἔλυτρα. CENSVra probitatis simplicium.

Notandum prætereà, quandò æs transfusum in hanc piſcinulam extrahere uolunt, affundunt deſuper frigidã, ut ſuperficies fuſi æris concreſcat (nam liquidum extrahi non poſſet) In hac frigidæ affuſione, ſubſultant indè ex ære exigua corpuſcula, ueluti grana milij, quæ dicuntur FLOS AERIS. Hactenus de fornace æratio.

Vitriolum quod græcis chalcanthum, Latinis atramentum ſutorium appellatur, duplex eſt: Factitium & natiuum. Natiuum in terræ uenis aut ſaxorum commiſſuris concretum reperitur: aut dum ex ijs guttatim diſtillat, partim ex ijs ſtiriarum inſtar, dependet: partim in canalium fundum decidit. Hodiè aliud item genus in terræ ſuperficie concretum reperitur, quod uulgò Copparoſa uocatur.

Factitium etiam duplex eſt. Vnum quod in Cypro peculiariter fiebat ex aqua quadam manante ex Soryos, chalcitidis, & miſyos fodinis, atq; in piſcinas quadratas effuſa, ibi ſpõtè concreſcebat. Alterũ fit decocta aqua, in qua maduerit terra quædã atramentoſa, ut hodiè moris eſt in multis locis.

Natiuum factitio eſt præſtantius: Ideò in eorum numerum Copparoſa Cypria referri poteſt, cum ſit aliorum penuria.

E factitij generibus. Cyprium excellebat: cùm uerò deſit, uitriolũ Romanũ aut Siculum uſurpari poteſt, ueluti præſtãtiſſimũ inter factitiorum genera.

SIMPLICIA VSVALIA IN EX ANIMALIBVS INTEGRIS.

CENSVra probitatis simplicium.

Cantharides officinis notæ sunt. Probantur in frumento inuentæ, uersicolores & quæ luteas in alis transuersas lineas habent, corpore oblongo: contrà imertes ac imbecillæ sunt, quæ unius sunt coloris. Cribro aut fictili uase conduntur, Cuius os raro linteo subligatum deorsum uertitur, ut excepto halitu aceti quàm acerrimi feruentis æstu exanimentur. Postea siccãtur, & pyxidibus ligneris aut fictilibus uitratis reponuntur. Biennium durant.

Gallus ad ius purgatorium eligatur rufus, plurimum annosus, sed tamen adhuc ad motum, pugnam, coitũ alacer, & in dimicando ualidus, macri & pinguis medius, hoc est, benè carnosus. Talis autem gallus furfure Galeno nutritus, aliis etiam melle & pauco sale, plurimùm fatigetur uel à nobis uenantibus, uel potius dimicando decapitatus, & exenteratus, cum sale, aut sale gemmæ, igne lento aqua sufficiente coquatur ad duarum aquæ partium consumptionem, aliis atq; aliis simul incoctis, pro uariis medicorum scopis.

EX ANIMALIVM PARTIBVS.

Castorium, castoris sunt testes. Eligi debent, inquit Dioscorides, qui ex uno principio committũtur, liquore intus ueluti ceroso, odore graui & uirus olente,

olente, gustu acri, mordente, friabili, ac multis naturalibus tunicis circundato. Adulteratur gumi Ammoniaco cum castoris sanguine & castorio subacto. Deinde in ueiculam coniecto & siccato. Deprehenditur fraus ex notis prædictis: tum etiam quod factitij testes ipsis natiuis, qui plerunq; sunt exigui, ampliores sunt. CENSVRA probitatis simplicium.

Cerebella passerum uere & autumno captorum reponuntur cum uitello oui & melle: uel sole aut cinere siccata.

Iecur lupi, cæterorumq; animalium, sumi debet ex ipsis animalibus nondum adultis, uinoq; odorato lauari: deinde uasi impositum, furnoq; probè siccatum, sed non exustum, uasis uitratis reponitur, absinthio sicco inuolutum, ne putrescat.

Pulmones animalium recentes & sicci usurpantur. Sumantur ex animalibus pinguibus & robustis. Siccantur exempta aspera arteria, in uase figulino, imposita clibano, & refrigerati foliisq; absinthij sicci inuoluti reponuntur, ut de iecore modò dictum est.

Renes scincorum, qui crocodili sunt terrestres, siccati seruentur, corpulenti, & non strigosi.

EXANIMALIVM EXCREmentis.

Moschus, excrementum est & ueluti pus cuiusdam animalis gazellæ dicti, dorcadi

CENSVra probitis simplicium.

similis, certo anni tempore circa eius umbilicum, ueluti in tumorem quendam concretum. Melior est orientalis, subflauus, quàm nigricans, & qui pelui humectatæ immissus leuior euadat, quàm qui grauior. Ex Catay tamen niger præstantißimus hodie affertur. Ferrugineus ferè est noster, non, quem Auicenna probat, citrinus, Alexandrinum uocans. Est odore in opum Cyrenaicum inclinante, sed ualentiore, præter summam aliam in eo fragrantiam, glebulis exiguis constat. Seruatur melius pyxide plumbea, cera obturata per se:

si autem odoris gratiam perdidit, repone uase uitreo aperto & suspende in cloaca. Sic enim recuperabit, si Plateario credimus. Adulteratur quemadmodum & cætera, quæ rara sunt: sed ex colore, odore, & sapore dignoscitur, præterea etiam & ponderе, nam multa admiscentur in eo adulterando. Verùm cui sincerum & uerum experientia cognitum est, ex his notis facilè fucum deprehendet.

Oesypus est succidarum lanarum pinguitudo, quam uulgò hyssopum humidam appellant: Cuius parandi ratio hæc est. Succidæ lanæ molles è collo fœminibusq; ouium integrarum non scabiosarum aqua feruente macerantur, in eáq; lauantur, donec sordibus benè expreßis purgatæ extrahuntur: Deindè aquam magno impetu lignea rude agitatur, aut uasculo excepta in aliam ex alto infunditur, quò largius sordida spuma supernatet, qua dissoluta, pin-

gue

CENSV ra probitatis simplicium.

gue supernatans aquæ excipitur: & hoc deinceps tantisper fieri debet, dum consumpta pinguitudine, nihil prorsus spumæ extet. Collecta pinguitudo âgitatur, & aquâ purâ respergitur, perpetuoq; ad solem manibus miscetur, donec candida spectetur, & aquam non amplius inficiat, tum in fictili uase denso & benè cocto reconditur, & in cella loco ue frigido reponitur.

EX DESVMPTIS AB ANImalibus.

Cera optima est subfulua, modicè pinguis, pura, odorata, mellis habitum quadantenus referens: Secundum locum obtinet candicans, & suapte natura pinguis: estq; alba uel natura uel ablutione. Fit uiridis mista æruginę: rubea immissa anchusæ radice, Cinnabrio tamen sæpè tingitur.

Coagulum leporis omnium præstantißimũ est: Deindè hœdi & hinnuli. Excipitur antequam ipsa animalia aliud quidq̃ præter lac maternum degustauerint.

Vituli marini coagulum excipitur prius quàm cum matre ad prædã natare poßit. Fumo aut sole exsiccata, & loco sicco seruantur. Annum unum aut biennium durant.

Fel omne sumendum est ab animalibus mediæ ætatis, quæ neq; famem neq; sitim passa, neq; exercitio nimiũ defatigata sint, neq; iræ nimium indulserint. Detractum à iecore, & præligatis filo uijs,

CENSV ra probitatis simplicium.

quibus & admittitur & egreditur bilis, in feruentem aquam demittitur, aliquanto tempore: mox exemptum siccatur loco sicco & reponitur. Siccatur etiam camino suspensum, nec aquæ feruenti demissum. Interdum eo utimur recenti iam primum ab animali exempto, ueluti felle gallorum, perdicum, piscium & similium, quæ facilè comparari possunt, nec magno constant.

Mel optimum sit purum adeò, ut totum perluceat, odorum, flauum, acerrimum, dulcissimumq; gustanti, & iucundissimum: consistentiá nec crassa nec liquida, Sed tam sibi cohærens, ut continuitatem suam, quasi lineâ longissmâ non interciſum seruet, si digito attollitur. Idem coquendo paucam spumam emittit. Album etiam colore si fuerit, modo notarum bonitatis aliarum nulla desit, nihilo deterius fuerit. Quin Hispani & Narbonenses mittunt albissimum & longè præstantissimum, idemq; præd urum, quale etiam flauum præferunt liquido: quippè quod humore aliquo est uitiatum.

Mumia Arabum, compositio quædam est ex aloe, myrrha, croco, & balsamo, qua cadauera condiebant, deindè aliquando post tempore ex sepulchris eximebãt cum sanie, quæ ex cadauere exsudauerat, seruabantq; in usum medicum. Sed quia pice & bitumine præsertim iudaico corpora condiri etiã solebant, eadem illi facultates tribuunt, quas Dioscorides pissasphalto, idemq; efficere dicũt, quod per

mixtum

CENSV ra probi- tis simpli- cium.

mixtũ pici bitumen. Quodsi uerum est, cùm neq; uerā mumiā, neq; Dioscoridis pissasphaltũ habeamus, arte cõflari potest, ex pice bitumine permista, ut in bitumine dictũ est. Sed & carnes cum humanis ossibus retorridæ ad nos afferuntur sine aliqua conditura aliquoue liquamine, ex Hammoniorum regione, (quæ est inter Cyrenarum regionẽ & Alexandriã) ubi arenarũ syrtes uentorũ turbine sublatarũ incautos uiatores obruunt, sicq; arenarũ quasi collibus & montibus obuoluti & sepulti, indeq; admodum cito flagrante solis æstu torrentur & exarescunt. Vndè eius loci homines necesse habent sydera imminentesq; uentorum procellas obseruare nõ minus quàm in altissimo periculosissimoq; mari naucleri.

Propolis in alueorũ foribus & rimis, ceroſæ naturæ reperitur, germanicè ſtupwachs. Eligi debet flaua, odorata, styracem referens, mollis & mastiches more ductilis.

Sanguis, cuius in medicina usus, ex capro, ceruo, lepore, multisq; animalibus colligitur, dum adhuc ætate florenti sunt. Porrò sanguis hircinus in hunc modum paratur. Matureſcẽte uuâ hircus quadrimus bene habitus iugulatur, mediusq; effluens sanguis fictili benè cocto excipitur: (nam primus tenuior, postremus crassior putatur) deindè coctus in aqua, donec concrescat, arundine fissâ secatur oblique & trãsuersim, ut quod in eo aqueum est, effluat: deindè linteo raro tectus soli exponitur, atque ità siccatur.

Curan-

Curandum interea, ne pluuijs aspergatur: deinde tritus, uase uitreo aut fictili uitrate benè obturato reponitur. Alij hircum diebus Canicularibus, herbis calculum frangentibus nutriunt & uino albo odorato, donec urina nigrescat: deindè iugulant, & in eum quem diximus modum præparant. Hoc præparationis genus etsi inutile non uideatur, necessarium tamen non est: cùm apud græcos sanguinis hirci non eò modo nutriti etiam usus fuerit, sed medicamenta calculum frangentia admiscebantur. An uerò sanguis ita siccatus calculum frangere queat, medici disquirant.

DE MEDICAMENTORVM SIMPLICIVM APPELlationibus absolutè scriptis.

PLantarum partes aliæ alijs magis in usu sunt. Quarundam una tantum pars medicis usurpatur, ut in aniso semen: in lilio conuallium, flores: in gentiana, radix tantum usum habet, In quibusdam duo, ut in Centaurio, flores & folia: In quibusdam tres: ut in fœniculo, asparago, petroselino, semen, folia, & radices: in quibusdam omnes, ut in malua, flores, herba, semen & radix. Adhæc plantæ alijs eiusdem generis sunt generosiores: sic & de reliquis simplicibus sentiendũ est. ut Iris illyrica præstantior est quàm florentina: Scordium montanum id quod prouenit in uallibus ante-

antecellit, &c. Quandoq; una uox diuersas significat species ut piper: significat enim longum, album & nigrum piper. Quandoq; una appellatio diuersa genera significat, ut dictãnus, uulgò radicẽ fraxinellæ à uero dictamno diuersissimum significat. Obseruandum ergò Pharmacopœo, si quæ absolutè atq; indeterminatè ponuntur, quid per ea intelligẽdum, quidue accipiendum sit. SIMPLI ci absolutè scripto qd accip.

A.

Absinthium, Ponticum siue Romanum, non illud uulgare, nisi expreßè præcipiat medicus.

Acetum, semper accipiatur acetum uini, ex optimo uino albo, non ex fecibus aut uappa factum, non acetum cereuisiarium, nisi fortè ad exteriora, deficiente alio.

Agaricus fœmineus, albus, leuis & friabilis: durus & rufus reijciatur.

Agnus, flos aut semen: licet folia etiam sunt utilia.

Alkakengi, fructus.

Aloë absolutè posita, non lota, sed cruda: non feculenta, sed sincera.

Aloes lignum, quod & odore & sapere aromaticũ est, ac mansum, non solum amaritudinem habet, sed etiam odore locum replet.

Alumen, cõmune, candidum & pellucidũ: apud ueteres scißile.

Amygdala, dulcia integra, torosa, densa, minimeq; rãcida, candida intus.

Ammi

SIMPLICIA absolutè scripto qd accip.

Ammi Illyricum.

Ammoniacum, gummi, non sal.

Anethum, semen.

Anisum, ueteres Cretense, nos Magdeburgense, semen.

Apium, semen.

Aristolochia, ad antidota ueterum accipiatur rotunda uera, ad unguenta clematis. Recentiores cõcauam illam, quæ falsò rotunda aristolochia nominatur, in compositionibus aduersus pestem sumere consueuerunt.

Artemisia, rubea, odorata.

Asarum, radiculæ, non folia, ad medicamentorũ confectiones capiantur.

Asparagi semen, pulpa seminis accipiatur.

Aurum, limatum, uel potius folia: Idẽ de argẽto.

B.

Balsamum, opobalsamum potius, quàm Carpobalsamum, aut Xylobalsamum. sed unde?

Berberis, fructus.

Bolus, armenus uerus ad antidota accipiatur: ad emplastra uulgaris etiam sumi potest.

Branca ursina, ad clysteres uulgaris illa, quæ omnibus officinis nota est.

Bryonia, alba: quia efficacior quàm nigra.

Buglossum utrunq;, folijs & flore efficacius, radice tamen nõ inustili, boraginem intelligimus, & buglossam uulgò dictam, Cirsiũ doctioribus credicũ.

Cala-

C.

SIMPLI ci abſolutè ſcripto qd accip.

Calamenthum, montanum, aut quod in apricis agris naſcitur.

Cera abſolutè, communis cera flaua.

Chamædrys uera.

Chamæpithys uera.

Chelidonium, Chelidonium maius.

Cardamomum maius.

Caſia lignea uera, quæ magnam cum Cinnamomo cognationem habent.

Caſia fiſtula, grauis, plena nigro ſucco, quæ concuſſa nullum edit ſonum. Hæc ad cathartica, illa ad reliqua accipienda eſt medicamina.

Capparis, cortex radicum capparis.

Caſſutha ſiue cuſcuta. Florentinis deligitur è geniſta, nobis podagra lini.

Caſtoreum, caro teſticulorum caſtoris accipiatur, non cereus liquor, qui illis adhæret, quemadmodum quidam ſomniant.

Centaurium, in purgantibus medicaminibus minus, in alijs maius.

Colocynthis, pulpa alba exemptis ſeminibus.

Corallium, rubrum.

Coriandrum, ſemen.

Coſtus albus, feruidus, & aromaticus, odorem iridis & cyperi aliquo modo referens, non ille ſpurius qui paſſim in uſu eſt.

Cyperus, rotundus.

Daucus,

SIMPLI ci absolu tè scripto qd accip.

D.

Daucus, agrestis: nam satiuus est pastinaca, alimentum potius, quam medicamentum.

Diagrydium, scammonium in cydonio coctum, & in pastillos formatum atq; exsiccatum.

Dictamnus. In descriptionibus ueterũ accipitur herba dictãnus Cretica: in compositionibus neoterico rum, præcipuè contra pestem, radix uulgaris dictami. Nã uera dictamnus ante paucos annos primũ cœpta est cognosci, Ideò in syrupo de Artemisia Matthæi de gradi, radix illa accipi debet, si autoris iudicium sequamur, si uero intentionem, rectè herba sumi potest.

E.

Elaterium, succus Cucumeris syluestris inspissatus, cuius inspissandi modum posuimus paulò supra, in censura probitatis simplicium quorundam.

Enula, radix ex locis editis & apricis.

Eryngium, radix Eryngij, cœruleis floribus capitibus & stipitibus.

Eruca, semen.

Esulæ, cortices radicis Esulæ minoris præparatæ.

Fœniculum. etsi pleræq; fœniculi partes in usu sunt: tamen absolutè positum accipitur semen: sed in collyrijs oculorum succus foliorum aut radicum.

Fœnu græcum, semen.

Filipendula, radix.

Flores

Flores frumenti, id est, Cyani, cœrulei coloris.

G.

SIMPLICIA absolutè scripta qd accipiat

Gallæ solidæ & densæ optimæ sunt, non ad atramentum solum sed medicamenta quoq;.

Galanga minor semper accipiatur ad compositiones ritè conficiendas.

Gentiana, radix.

Gramen, radix.

Granatum acidum.

Gummi Arabicum.

H.

Helleborus, utriusq; hellebori radix solum in usu est, & cum simpliciter effertur helleborus, significatur ueteribus quidem albus, maximè Hyppocrati & Galeno 5. Aph. 1. Mesuæ uerò & reliquis Arabibus, niger. Hac igitur in parte & nos Arabas sequemur, quũ & Macro quoque securius salubriusq; nigrum æstimatur, & album uelut molestißimum ac periculosum uituperatur.

Hyssopus herba quæ in montibus nascitur, laudatißima est.

Hyoscyamus, semen hyoscyami album: Sunt & folia in usu, sed non appellatione totius.

I.

Iris, radix alba, odorata, illyrica, quæ optima est.

Iuniperi, baccæ non solum in medicamentis, sed etiam in suffitibus usurpantur. Lignum uerò tantum ad suffitum usum habet.

L.

SIMPLI ci absolutè scripto ad accip.

Lactuca, in antidotis semen: in unguentis & ad mensas, siue in uictus ratione herba sumitur.

Lapathum, radix oxylapathi, id est lapithũ acuti.

Laurus, folia.

Ligusticum, semen.

Lithargyro, auri, chrysitis.

Luph, radix.

Lupini amari.

M.

Malua absolutè, herbam accipiendam esse denotat, præsertim in clysteribus & fotibus.

Maiorana, herba plerunq; accipitur.

Mandragora, cortex radicis mandragoræ.

Manna, græcis significat pollinem thuris, què ex mutuo partium attritu sponte colligitur: Arabibus uerò medicamentum purgans, græcis aëromeli, id est mel aërium siue rosidũ dictum.

Marrubium album, præstantius nigro.

Margaritæ integræ pertusis, candidæ rufis & pallidis præstant.

Mastiche, chia pinguis.

Medulla, si non additur cuius animalis, & ualẽs futurum est medicamentum, ceruina miscenda, ualentior quàm uitulina. 6. κατὰ τόπος: sed hodiè ferè semper cum adiuncto scribitur.

Mel ad antidotos sumatur generosum et aromaticum

ticum non ericeum, quod ſuppoſitorijs glandibus conficiendis aptum eſt.

SIMPLICI absolutè ſcripto quid accipe.

Melilotũ abſolutè, flores meliloti citrini ſignificat.

Mezereon, folia præparata accipienda. Porro utrunq; mezereon, hoc eſt chameleam & thymeleã quaſi indubitatò cognitum Florentini in ſua Hetruria profitentur.

Myrabalani, caro ademtis nucleis.

Muſcus, græcis & latinis idem, quod uſnea barbaris, à quo moſchus res diuerſiſſima eſt.

N.

Nardus, ſpica nardi Indicæ.

Naſturtium, ſemen.

Nymphæa, flos citrinus nymphææ: hic enim altero propter aromaticã qualitatem præſtẽtior eſt.

Nigella ſemen.

O.

Ocymum, ſemen caryophillati.

Olybanum, thus album.

Oleum abſolutè, oliuarum maturum, quod commune uulgò dicitur.

Ononis, radix.

Orobus, ſemen.

Opium, Thebaicum, iam etiam Apulum Sylu.

P.

Parietaria apud ueteres uera, apud recentiores uulgaris, potißimum ad clyſteres ſignificatur.

Papauer, ſemen album papaueris, omiſſo reliquo multiplici papauerum genere.

SIMPLI ci absolutè scripto ad accip.

Pœonia, & radix & semen usitatißima sunt, sed radix semine usitatior.

Pentaphyllon, radix. Petroselinum, semen.

Petroleum, flauum. Peucedanum, radix.

Piper, album, quia acrius, & linguam magis pungit, quam nigrum, à quo per adustionem uis exhalauit. Gal. 8. simplic. sed albũ id maturum intellige. Nam album ex macropipere in racemum grandem dehiscente, recens factum, minus est acre, & macropiperi facultate proximum, quale apud Serapionem est accipiendum. Nihilominus Valerius Cordus nigrum capiendum esse tradit, quoties simpliciter scriptum inuenitur piper.

Pix liquida in suppurantibus & tergentibus: in siccantibus, unguentis epuloticis & glutinantibus. Gal. 7. simpl.

Pyrethrum, radix.

Plantago maior, cuius semen compositiones ingreditur: polypodium Arabes quercinum prædicãt acre liquis anteponunt.

Polium uerum, montanum aromaticum.

Portulaca, semen.

Pruna, nos Damascena non habemus, imò uix Hispana, sed Hungaricis plerunq; utimur. Vtrum uerò dulcibus uel acerbis sit utendum, medicus definire debet.

Psyllium, semen. Pulegium herba.

R.

Rhabar-

Rhabarbarum in Arabum compoſitionibus uſitatum accipiendum eſt, uidelicet purgatorium: in græcorum ueterum rhaponticum.

SIMPLI ci abſolutè ſcripto qd accipe

Rhaponticum, radix.

Reſinarum primas non iniuria meruit lentiſcina, id eſt, maſtiche: inter alias uerò præfertur terebinthina, quia melior quàm colophonia & phryctadicta, aut illius loco ponitur larix dicta, terebinthinæ propè ſimilis: Recentioribus uerò pinea intelligitur.

Roſa, rubra præſtantior alba, ideò iure præferenda.

Roſmarinus, herba. Rubia tinctorũ radix.

Ruta, rutæ ſatiuæ herba.

S.

Sabina, folia & tenerrimi ſurculi.

Saccharum, ad confectiones album & purum accipitur, niſi ſit aliqua particula adiecta diſcriminis gratia, & ſaccharum rubeum. Hic non accipiatur factitium illud, quo coqui utuntur, ſed ſaccharum crudum & rufum, non impurum aut fœculentum.

Sandaracha, alijs aliud ſignificat: Videndum igitur quæ ſit eius in quouis loco ſignificatio, de qua egimus, ſupra in Cenſura probitatis ſimplicium, partim inter gummi & reſinas, partim inter metallica.

Santalum, flauum: quia odoratius.

Scammonium, ad coquendas antidotos crudum

accipiatur: ad alia coctum, id est, dacrydium.

SIMPLI ci absolutè scripto g daccip.

Styrax, calamites.
Sulfur uiuum, ignem non expertum.
Sumach, pulpa seminis.
Styrax liquida, uera: non illa uulgaris graueolens.

T.

Tartarum, album: rufo enim præstantius est.

Terra sigillata uera, non illa uulgaris pharmacopœorum, quæ nihil aliud est quam argilla bolo rubro tincta, & in pastillos formata. De hac re egimus supra in Censura probitatis quorundam Simplicium, inter terrea.

Terebinthina, uera ad medicamina interiorum: ad unguenta & emplastra uulgaris sumi potest.

Thymus exoticus, aromaticus.

Tormentilla, radix.

Turbith, album, gummosum.

Thus, album, rotundum.

V.

Verbena supina Dioscorid. dicta. Veronica herba.

Viola nigra, purpurea, odorata: non syluestris illa nec Leucoia.

Viscus quercinus, aut etiam ex piro arbore in medicamētis contra Epilepsiam, lignū: in unguentis uiscum ex baccis coctum accipiatur.

X.

Xylobalsamum uerum, si haberi posset.

Xylo

Xylocerata, fructus grauis, pinguis, & non cariosus.

SIMPLICI absolutè scripto qd accipe

Z.

Zingiber album, & contritu facile, non cariosum. Quod durum, lentum & fibrosum est, reliquo inferius est.

Zizipha seu Iuiubæ, recentia & integra, non putria aut uetustate exsucca.

Appendix.

Si partes plantæ alicuius æquè sunt usitatæ, & quid accipiendum sit, dubitas, obserua, ubi aut inter quæ simplicia illa ponatur: Si enim inter herbas ponitur, herba: si inter radices, radix accipi debet: & sic de cæteris.

Alia.

Interdum simul multa efferuntur, posito tantũ uno genere. Exempli gratia.

Flores Cordiales.

Significat flores boraginis, bugloſſæ, & uiolarum.

Fragmenta pretiosa.

Saphyri, hyacinthi, sardinis, granati, Smaragdi.

Fructus myrabolani, absolutè complectuntur omnes ſpecies, uidelicet citrinas, chebulas, bellíricas, emblicas, Indas.

Santala, citrinum, album, & rubrum.

Herbæ mollitiuæ.

Althæa, atriplex, branca ursina, malua, parietaria.

SIMPLI ci absolutè scripto gd accip.

Syluius quatuor tantum ponit, acanthum, althæã, maluam, uiolariam. Nos frequentiore usu communibus recipimus betam & mercurialem herbã, qua hic superabundamus.

Semina.

Quatuor calida maiora, anisi, fœniculi, cari, Cymini.

Quatuor calida minora, ammios, amomi, apij, dauci.

Quatuor frigida maiora, citrulli, cucumeris, cuburbitæ, melonum.

Quatuor semina frigida minora, Endiuiæ, lactucæ, portulacæ, scariolæ, aut cichorij.

Tria semina confecta, anisi, fœniculi, carui.

Radices.

Duæ radices, fœniculi, petroselini.

Quinq; radices, apij, asparagi, fœniculi, petroselini, ruscí.

Notio.

Quando scribitur, Recipe quatuor seminum calidorum uel frigidorum unc. 1. uel unc. sem. de omnibus simul iunctis tantum accipiendum est: Cum uerò scribitur, Recipe quatuor seminum calidorum uel frigidorum, singulorum uel ana unc. 1. uel unc. sem. tunc de singulis unc. 1. uel unc. sem. accipi debet, & sic de reliquis.

DE

DE SVCCEDANEIS.

Succedanea dicuntur medicamẽta, quæ pro alijs posita similes uires habere creduntur, græcè uocantur ἀντιβαλόμενα, quibus ideò opus est, quòd quibusdam simplicibus hoc tempore in uniuersum caremus, ut balsamo, calamo aromatico uero: Quædam adferuntur quidem, sed plærunque uetustate confecta & arefacta, ut myrobalani: Vel adulterata: uel alioqui uitiata imbribus, aut uicinia atq; contactu rerum noxiarum: Pro quibus alia supponi necesse est. Et ut maximè difficile est inuenire, quæ per omnia alijs respondeant, melius tamen est, integris succedaneis, quàm genuinis corruptis uti. Mediocria tamen genuina quibusuis succedaneis præferantur.

Succedanea uulgò uocantur. Quid pro quo.

Hic autem locus de succedaneis recognitione & repurgatione exactiore opus haberet. Multa enim passim apud Autores, non Arabas solùm, sed græcos quoque extant, quæ non satis aptè alijs substitui posse uidentur. Nam pyrethrum pro zingibere poni, haud idoneum est. Illud enim feruidam & igneã naturam habet: rectius piperis aliquod genus sumi uideretur. Pro Agarico Euphorbium ponere periculosum: Pro Cnidij semine, uitis semen ineptum: & alia eius genera plurima uiribus dissimilia. Verum talia castigare non unius hominis, sed integri Collegij medicorum labor est: multò igitur minus hæc li-

centia pharmacopœis audaculis indulgenda & committenda erit. Ne pigeat ergo eos in talibus hæsitationibus medicos modestè interrogare: sed metuendum est, ne non solum aliquoties interrogare dignẽtur, sed uel ipsi quid pro quo audacter magis, quàm peritè, aut etiam nihil planè substituant, contra uel maximam, atque præcipuam medici intentionem, contra ægrorum salutem, ipsius'que medici bonam famam, undè & in ipsos Pharmacopœos tales quæstus & boni nominis detrimentum recidit.

DE SIMPLICIVM MEDICAMENTORVM, AD COMpositionem Præparatione.

EX prædictis simplicibus cõcinnantur medicamenta uarijs modis composita, prout uariæ sunt præparationum formæ, quas superuacuum est singulatim enumerare cunctas, ex quo doctißimus Syluius hanc operam diligenter præstiterit in secundo suæ Pharmacopœias libro, quem utique legere atque relegere debebunt fideles apotecarij. Subijciemus tamen schema, in quo methodicè κατὰ σύνοψιν colligere atque memoriæ mandare omnes omnium præparationum partes & species possent.

PRÆ-

DE PRAEPARATIONIBVS Simplicium.

PRAEPARATIONVM ITAque Partes ſunt,

Auctio cuius ſpecies ſunt Irrigatio, ſiue Maceratio, Merſio, Inſperſio: quæ eædē etiā ſub humectatiōe paulò infra cōprehēduntur.

Cōditio ſiue Cōditura.

Confectio

Aromatizatio

Coloratio.

DIMINVTIO. ſub q̄ ſunt Sectio

Fiſſio

Fractio

Limatura

Raſio

Tuſio.

SEPARATIO. ſub q̄ ſunt Pulſatio

Confricatio

Lotio

Expreſſio

Coctio

Deſpumatio

Clarificatio

Colatio

Diſtillatio.

CALE-

CALEFACTIO *ab igne*
sole,
fimo,
lapide } *candente conſperſis*
ferro. } *aqua uel in liquorē*
aliquem coniectis.

REFRIGERATIO *ab aëre frigido.*
aqua frigida,
niue,
collocatiõe in cellā uel
alium locum frigidum.

HVMECTATIO, *uel ſu-*
perficialis merſione } *liquoris alicuius.*
inſperſione }
uel eſſentialis maceratione ſiue irrigatione,
liquatione,
diſſolutione.

EXSICCATIO *ab aëre ſicco,*
Frixione
Aſſatione
Vſtione, Aduſtione, ſiue Calci-
natione chymicis dicta.

MOLLITIO
DVRATIO.

Iam diligenti pharmacopœo non ſatis erit præ-
ſcriptas præparationum partes atq; ſpecies memo-
riæ mandaſſe, ſed ulterius operam ſedulam nauare
debet, quid unaquæq; earum ſit, quid'ue efficiat, &
quomodo

quomodo fiat, perrimando hæc omnia non modo in uniuerſalibus ex Syluio alijſq; autoribus, ſed etiam in particularibus ſemet per omnigenam experientiam exercitando. Quia in particulari hac exercitatione (quæ perfectum & conſumantum reddit artificem) complures præparationum formæ etiam circa eandem materiam concurrere ſolent: Vndè huc etiam adduci debent præparationes quorundam ſimplicium medicamentorum præ cæteris uſualium. Hinc ex Cordo atq; alijs etiã ſcriptoribus hunc trãſferre oportet modum abluendi aloën ſiue cum ſiue ſine aromatibus: modum abluendi lactam: modum lauandi plumbum: præparationem ſcoriæ, ſiue limaturæ ferri: modũ præparandi Scammoneam ſiue dacrydium: Præparationẽ colocythidis, ſquillæ, mezerei, eſulæ, gerſæ ſerpẽtariæ, eboris ſiue ſpodij uulgò dicti, Pulmonis uulpis, hepatis lupini, ſanguinis hircini, adipũ uel pinguedinũ, medullarũ, œſipi, terebinthinæ coquẽdæ, acaciæ noſtratis: &c. Quæ quidẽ omnia & ſingula declarare & illuſtrare medici huius præclaræ Reip. poſſent, ſi & quando requirantur: modo non pigeat & pudeat pharmacopœorũ adminiſtros interrogare. Interim tamen quædam ex his iã tradita & explicita ſunt: quædã porro adhuc declarabuntur, præſertim initijs ſuarũ quælibet Claſſium, ut eueſtigiò de conditis ſiue condituris amplius liquidũ fiet, & fortè etiã ſingulis quorundum medicamentorũ Cõpoſitionibus, præſertim ſub hoc Titulo: CANON. Tempe-

Tempestiuũ porro & conueniens iam est, à simplicibus ad composita sensim progredi, ordine seruato naturali, ut primo sumenda, deindè admouenda tractemus: à minus item compositis ad magis cõposita, à familiarioribus item & iucundioribus ad magis medicamentosa transcendendo.

Inter sumenda igitur statuimus prima omnium Condita, sub quibus comprehendimus etiam Cõseruas dictas atq; Confecta.

Condiuntur autem res multas ob causas, uel ut gratiores fiant palato, uel ut aliquandiu asseruari queant. Per se enim humida breui temporis spacio corrumpuntur. Condiuntur autem flores, fructus, herbæ, radices, cortices: uel uirides, uel arefactæ: uel crudæ, uel prius coctæ aut saccharo, aut melle, aut utroque: aut sale, aut muria, aut aceto.

DE RADICIBVS CONDIENDIS CANON.

RAdices recentes & uirides, primum terra & cortice exteriore atq; matrice purgatæ, deinde in partes sectæ, si sint grandiusculæ, prius quam condiuntur, coquãtur, donec mediocriter molescãt, necesse est, ut helenij, pœoniæ, pimpinellæ, eryngij, &c. Coctæ leuiter resiccentur in aëre, à se mutuò seiunctæ: deinde syrupo condiantur. Quidam simplicem syrupũ accipiunt, quidam uerò cum decocto radicis purificato saccharum in eum usum coquunt,

quod

quod in aromaticis materijs maximè probatur. Ita siquidem minimum uirium decedit.

Aridæ uerò radices ut zingiber, calamus, &c. acerrimo lixiuio probè macerentur, ut molles euadant: quod ubi factum est, perfundantur purâ aquâ frigidâ subinde mutata, donec omnis acrimonia (si palato tantùm seruias, alioquin citra subsistere debebis) & lentor lixiuij auferatur. Postea ut supra dictum est, procedatur.

Vtrobiq; tamen, hoc est, tam in recentibus quã aridis radicibus notandum est, (uti modò commonitum est) ne medici intentionem prætereamus, & mediocrem molliciem transcendamus. Nam uerbi gratia, in conditura radicis cichorij ad ualentiorem ecfraxin, ita quidem ad molliciem decoqui debet, ut tamen non obscurus remaneat amaror.

Sunt qui condiendas radices cum saccharo coquunt, eo consilio, ne humiditate aliena seu excrementitia tumentes plus negocij faciant recoquendo Syrupo. Hic modus etsi elegans est, tamen aridis radicibus non conuenit, quæ hoc pacto tenaciores, quã aridæ cum essent, efficiuntur, & omnem gratiam amittunt.

Quantitas Syrupi sit quæ satisfaciat tegẽdis materijs. Quidam ut arctius inter se iungantur Condita, & minus syrupi opus sit, uel ne in summo innatent, imponunt orbiculũ ligneũ, uel lapideum, onustum mundo lapide iusti ponderis, atq; ita reponũt.

APPEN-

APPENDIX DE SYRVPO SIMPLICI, siue Syrupo Simpliciter & Absolutè scripto.

ANtequam uerò procedamus, declarandum erit prius, non solũ pro ijs quæ modò dicta sunt, sed quæ paßim etiã infrà, præsertim in Electuarijs, dicentur, de Syrupo simplici siue de Syrupo simpliciter & absolutè scripto: tradendo, quid & qualis is sit & quomodo paretur. Paratur aũt nunc ex melle, nunc ex saccharo, hoc ferè modo: Accipiatur mel optimum, si fieri potest, addatur aquæ quãtũ necessitas exigit. (nam quo mel purius, eo minus aquæ opus est) Sufficit aũt plærunq; triplum, id est, tertia pars aquæ: Deinde coquatur: et * spuma subinde cochleari foraminulento stanno obducto auferatur, tantisper dum iustã spißitudinẽ acquirat: Cuius signũ est, quando rudicula immissa, uel cochleari extracto & eleuato, instar fili defluit aßiduè, in fine uerò quasi abrumpitur filum, & superior pars retrahitur ac conglobatur, donec ea quoq; diducta decidat. Alij hac utũtur notâ. Destillãt guttã in solidũ aliquod corpus lapideum, uel metallicũ læue, quæ si nõ diffluit, aut inclinato, uel inuerso subiecto, non decidit, iustam consistentiam habet: si uerò diffluit aut decidit, aquosius iusto est, & diutius coqui debet. Talem coctura Syrupum uocant: quando autẽ quis magis propriè aut præcisius loqui uelit, rectius appellauerit, Syrupum mellis. Quidam pro aquæ

uinum

* Pharmacopœus verò non vt coquus omnem spumam abijciat, sed in utilem tãtùm: reliquã vero vt sacchari & mellis nõ expertem in certam ollam colligat, & deindè ad spissitudinem Syrupi recoquat, atq; in suos esus seruet: Potest ex ea fieri theriaca, Piumẽtis & similia: Ex spuma aũt mellis recocta, à quibus dã supositoria parantur.

uinum accipiendum esse censent ad syrupos confectionum, quod ad calidas antidotos non improbatur. Mel coquitur ut purificetur: purum autem esse significat spumæ absentia.

DE COctura atq; Adeò Syrupo mellis & Saccharo.

Saccharum non solum purificationis gratia, sed etiam ut liquidius fiat, coquitur, hac fere ratione: Saccharum primum omnium in partes secatur, affusa aqua aliquandiu feruescit: deinde per laneũ pannũ colatur: postea ad perfectionẽ coquitur. Si clarius & purius esse debet, sumatur albumen unius & alterius oui pro sacchari portione, & additâ paucâ aquâ, agitetur uirgulis in modum scoparum colligatis, donec in spumam abeat, quæ cum aqua, feruenti saccharo iniiciatur, & ubi aliquandiu ebullierint, coletur, & colatum recoquatur.

Coctionis gradus diuersi sunt. Aut enim coquitur, donec gutta in marmor aut stanneum orbem aut laminam ferri læuem fusa consistat, nec mota diffluat aut inuerso subiecto decidat. [Vocatur talis coctura etiam Syrupus absolutè, quemadmodũ & ille ex melle factus: acuratiore tamen & præciosiore obseruata loquendi norma, licebit hunc quidem appellare syrupum Sacchari, illum uerò Syrupum mellis: Tale quoq; saccharum aqua ita dissolutũ, & coctum, albuminibusq; ouorum clarificatum etiam iuleb aliquando nominatur, sine adiecto.] Aut coquitur ulterius, ut omnis ferè humiditas absumatur. Cuius rei signum est, quod paululum spatulæ adhæ-

rens, in aërẽ uiolẽter proiectũ in floccos instar niuis craßioris abeat, & quo flocci maiores ac latiores, eò saccharũ exactius coctum, & minus humiditatis reliquum est. Id uocant ad perfectionẽ coqui: quali quidẽ saccharo ad perfectionẽ excocto utimur ad duras cõfectiones, uidelicet tabulata, orbiculos siue rotulas, atq; morsulos, de quibus infrà.

RADICES CONDITAE.

Acori ueri radices hîc nõ condimus, ex quo diacorum inter Electuaria recipimus.

Acori uulgaris.

Boraginis

Calami aromatici

Cichorij

Enulæ Campanæ.

Eryngij siue Iringij, Mesues Syluianus condit cum caryophyllo & zingibere, ubi tamen uetus habet secacul, de qua modò dicetur.

Pimpinellæ.

Secacul, id est, Siseris grißelmoren.

Zingiberis, quomodo cõdiatur, in Canone traditũ: quod uerò diazingiber est apud Mes. electuarijs potius adscribatur.

DE CORTICIBVS CONdiendis Canon.

COrtices quorundã fructuũ, ueluti Aranciorum, citriorũ siue malorũ medicorũ, & limonum, &c. eadem ferè ratione condiuntur, sicut radices:

dicet: nimirum ut aqua frigida aliquoties mutata macerentur ad deponendum amarorem plus minus pro intentione uſurpare uolentis, & deindè modicè reſiccati condiantur ſyrupo ſimplici, uel mellis uel ſacchari, coniunctim uel diuiſim ad iuſtã craſitiẽ. Quidã à prædictis corticibus acuratè aufferunt album illud quod ſub flauo ſubeſt, ueluti fungoſum intermedium uſq; ad ſuccum ſuæ chylum ipſius fructus: alij contra relinquunt & pariter condiunt.

DE FRVCTIBVS CONdiendis Canon.

FRVCTVS molles & aquoſi, antequam ad perfectam maturitatem peruenerunt, auellantur, & ſaccharo uel melle ad iuſtam ſpiſſitudinẽ cocto atq; clarificato perfundantur, ut ceraſa, uuæ: Duri, ut meſpila, non niſi maturi condiantur: Aridi ut ſunt myrobalanorum ſpecies, macerentur prius & coquantur, donec molleſcant: poſtea aliena aquoſitas in aere, diſpoſitis myrobalanis in cribro uel aſſere uel panno lineo, reſiccetur, ut ſuperficies contrahi incipiat: deindè affundatur Syrupus. Hoc pacto & iuglandes nondum maturæ macerantur nouem diebus uel circiter in aqua pura mutata quotidie: deindè coquuntur: coctæ ferramento tenui perfodiuntur tranſuerſum ſecundum tres dimenſiones, & leuiter reſiccantur: deindè foramina Cinamomo, garyophyllis, & zingibere

in feſtucas longas conciſis expleantur: poſt hæc effuſo Syrupo adſeruentur.

Cauendum etiam atque etiam, ne ſyrupus nimis calidus ſit, alioqui enim contrahentur, & corij inſtar, lenti & tenaces euadunt. Quod ſi Syrupus adquoſior poſt aliquot dies euadit, & periculum, ne corrumpantur fructus, eſſe ſuſpicaris, effundatur, et ad iuſtã ſpiſſitudinẽ recoquatur, ac iterũ affũdatur.

Sũt qui crudo melle aut ſacchari puluere fructus tegunt, quæ ratio quoq; aliena non eſt, maximè mollioribus, ut ſunt perſica, ceraſa, mora, &c.

Quædam fructus muria condiuntur, ut oliuæ, limones.

Quidam muria & aceto, ut immaturi cucumeris.

Quidam ſale, ut cappares. Verum hæc ad artem obſonatricem magis quàm ad pharmacopœiam pertinent.

Fructus etiam condiuntur coctione ad cremorẽ ſeu pulpam, exinde cribro tranſmiſſam & cretã, qui cremor ſeu pulpa Syrupo conditur: ſed hic modus pertinet ad Sapam ſiue Rob, de quo claſſe ſequente.

Condiuntur præterea fructus, ſi primum repurgati à cortice & oſſibus, æquis partibus cum ſaccharo & ſubtriplo aquæ lento igne coquantur, donec ſaccharũ totam fructuum ſubſtãtiam penetrarit, & ad iuſtam coctionẽ perducti ſint: quod ex eo deprehenditur, ſi iulepus h. Syrupus conſiſtentiã habeat

lentam,

lentam, ita ut digitis ductus fila tenuia mittat, ſicut paulò ante in appendice indicatum eſt.

FRVCTVVM ET CORTIcum Enumeratio.

ARancia integra.

Aranciorum Cortices.

Ceraſa.

Citri corticũ condiendorũ modum expreßit Meſues hiſce Syluij uerbis: Cortices Citrorũ tam magnorum, quam uola manus capere poteſt, carne purgati lixiuio claro mergãtur dies nouem, mutato ad diem quintum: poſt merge aquâ clarâ, donec amaritudine depoſita (aut paulò citerius, ſicuti modo in Canone admonuimus) dulceſcant: tunc uaſe mundo, aqua fontis plurimâ coquantur, donec tenereſcant: aquoſa deindè ſubſtantia ab his expreſſa in uaſe lapideo mergantur uiginti quatuor horas, Iulepo ſiue Syrupo ſufficienti & aqua ſubtripla conſtante: poſt coquantur igni lento ad penidiorum conſiſtentiam.

Extracti ex hoc Iulepo cortices uaſe uitreo reponantur, ſuperfuſo ſingulis uicißim uelut incruſtandis Iulepo roſato ad mediocrem ſeu ſacchari candefacti craßitiem cocto.

Citri caro etiam conditur, quibuſdã idẽ pollens, ſed refrigerat, ut ambo ſimul condita ſint tẽperata.

Cydonia. Cum uarios fructuum condiendorum atq; adeò obſeruãdorum modos in Canone poſuerimus,

ex ijs aliqui complures competunt Cydonijs: uel enim propriè condiuntur cum Syrupo ſimplici (qui etiam Iulep nonnullis & præcipuè Meſuæ dicitur:) uel quouis aliorum modorum potius adſeruantur quàm condiuntur. Condituram quidem Cydoniorũ ſpeciatim exprimit Meſues, inquiens: Cydonia ampla, nulla putredine uitiata, depellata, intus purgata, in frusta idonea ſecta coque in Iulepo multum aquoſo: poſtridiè in Iulepo alio propemodum perfectè cocto percoque. (Aromatizationem moſchi non ponimus, quemadmodum & in corticibus Citri fecimus.) Vaſe uitreo repone, eo Iulepo cui incocta ſunt ſuperdato. Sunt qui ex melle coquunt: alij ex ſapa: alij præterea condiunt aromatibus, alij aliter. hactenus Meſues. Adſeruantur uerò nonnullis alijs modis cydonia, ut per annum integrum uidearis integra & recentia habere: Primus, modus eſt, ut ponantur in fece uini obturato iterum uaſe: Alter, Exſcindantur nuclei & poma reponantur in uaſe, & affunde eis aquam maris: & cum uoles uti, abluantur aquâ purâ:

Quid ſit Iulepus ſiue Syrup⁹ ad Perfectionẽ cõ ctus, in appendice modo dictum eſt.

Tertius. Bulliant in aqua, quo ad dimidio ferè percoquantur, & exinde repone, ſimiliter eis affundendo muriam ſiue aquam marinam.

Iuglandes, de his in canone primo.
Meſpila
Limones.
Limonum cortices.
Myrobalani, chebuli præcipuè, quarum condi-

conditurам ſpeciatim tradit Meſ. in antid. quẽ uide.

Nuces moſchatæ — *Oliuæ in muria adſeruatur.*

Pira moſcatellina, in quibus condiendis hoc ſingulariter notandum, quod accuratioribus & elegantioribus artificibus alio quàm communi modo præcoquantur. Qui quidem modus coquendo elegans eſt, ſed ſumptuoſior, & non omnibus congruus, nẽpè per uaporem, ſicut communis ille per liquorem: idq; dupliciter: Vel enim coquenda panno laneo ſimplici uel triplici inuoluta in cribrum tectum collocãtur, & poſtea aheno in quo aqua aßiduè feruet imponuntur, donec molleſcant: uel in ollam integram includuntur, cuius orificium lignis quibuſdam tanquam cancellis obſæpitur, ac deindè alteri ollæ, in qua aqua feruet, inuerſa ſuperimponitur, donec molliantur. Ita etiam Cydonia in quatuor uel ſex fruſta conciſa, ſeminibus atque membranulis circumdantibus exemptis, corticeq; detracto, quibuſdam coquuntur.

Prunella ſylueſtria.

DE FLORIBVS ET HERBIS CONdiendis, atq; adeo de Conſeruis communiter dictis.

Flores pauci integri ſeruãtur, ut flores citrinati, & ranciorũ aſperſo ſale Indico. i. ſaccharo: Capparũ,

ſale, geniſtæ, ſale & aceto. Sunt qui etiã roſarum folia integra condiunt, ſimiliter & herbæ quædã. Vocantur Conſeruæ uulgò in officinis medicamẽtarijs. Conſeruæ itaq; ſunt flores uel herbæ exactiſſimè cõciſæ uel tuſæ & ſaccharo mixtæ.

DE CONSERVIS
Canon.

CONSERUÆ. SUmitur plærunq; triplum ſacchari ad unã partẽ conciſorũ florum aut herbarum: alij qui uel quæſtui ſtudent, uel gulæ gratificari cupiunt, plus accipiunt. At inter nos conuenit, ut partem unam florum ſeu herbarum accipiantur partes duæ ſacchari boni, ſolidi, mediocris coctiuæ. Præterea ut contundantur flores & ſaccharum ſimul in mortario marmoreo, piſtillo ligneo: Et non contundantur prius flores ſeorſum (ſicut fieri conſueuit) & deinde ſaccharum ſeorſum, & demum ambo ſimul. Placet tamen, ut conſeruis florum bethonicæ, ſaluiæ, roris marini, cichorij & ſimilium ſicciorum florũ, addatur ſimpla uel æqualis portio ſacchari Thomæi: In conſeruis uerò Chamædryos, & ſampſychi, abſinthij, florum fumariæ, primulæ, &c. amariuſculorũ etiam ſeruetur dupla portio ſacchari ſolidioris.

Poſt contuſionem autem & commixtionem ſacchari, cum floribus uel herbis, conſeruæ aliquot dies ſoli exponuntur.

Cauendum autẽ, ne Conſeruæ fermentando diffluant,

fluant, quod floribus bugloßi, boraginis præcipuè uſu uenire ſolet: id uero cauetur, quando uas non ad ſummum impletur. Hæc regula in antidotis liquidis quoq; ſeruanda eſt.

Si herbæ aridiores ſunt, uel natura, ut lauendulæ, roſmarini: uel ratione cœli, ut conſtitutione anni calida ſicca, non coaleſcere cum ſaccharo, quod etiam ſiccũ eſt, facilè poſſunt: Quare ſaccharum tocquendum eſt ultra Syrupi conſiſtentiam, & deinde ſimul miſcenda aliquamdiu ſupra prunas.

DE CONSERVARVM DVratione.

CONſeruarum duratio inæqualis eſt. Aliæ enim non ſatis diu durant, quemadmodum roſarum: aliæ contrà citò corrumpuntur, acceſcunt, uel areſcunt, & tanquam uermiculis in ſuperficie corroſæ uidentur, ut conſerua boraginis, bugloßi, uiolarum. Virtus earum melius ex colore, ſapore, odoreq; deprehenditur quàm deſcribi poteſt.

DE CONSERVARVM Repoſitione.

AD ſeruandas Conſeruas uitrea & fictilia lapidea denſaq; aptißima ſunt, ſicut ad plæraq; alia.

ENVMERATIO HORVM INtegrorum Condit.

ARanciorum, Citri, Capparum flores & fructus.

Geniſtæ florum nondum apertorum, qui hoc pacto condiri ſolent. Capitur uitreum uaſculum alicuius capacitatis, in cuius fundo conſpergitur ſal digiti ferè craßitudine: et proximè ſuper illud flores geniſtæ pollicari craßitudine, & deinde iterũ ſal: & proximè deſuper iterum ſal, atq; eximde iterum flores: & ſic deinceps uſq; ad ſummum ferè, poſtremo ſuperaffunditur acetum, ut aliquantulũ ſupereminet & occluſum ſoli exponitur.

ENVMERATIO CONſeruarum.

ABſinthij Romani, quæ in hacrep. ita parari ſolet.

R. thymi Venetiani unicas duas: uini albi opt. ſesquilibram. Coque thymum ad uncias duodecim uini: Deinde exprimito, & adde zacchari albi librã unam: Coque ad formam Syrupi craßioris: Deindè cum infrigidatum fuerit, adde de abſinthij uiridis optimè inciſi, ac ſubtiliſſimè contuſi in mortario lapideo uncias decem de octo, miſce ac reponatur.

Anthos.
Betonicæ florum.
Bugloßi florum
Chamedryos ueræ, herbæ ſiue foliorum atq; florum.
Aſpleníj ſiue Ceterach.
Boraginis florum recentium.
Cichorij florum.

Cochle-

Cochleariæ herbæ ex urbe Vtraiectenſi, ubi copioſè paratur.

Euphragiæ.
Fumiterræ florum.
Lauendulæ florum,
Lychnidis, id eſt, qui ab odoris imitatione caryophylli uocantur.
Maioranæ herbæ
Meliſſæ herbæ, Mentæ herbæ.
Nimphææ ſiue Nenupharis, florum luteorum.
Pœoniæ florum.
Perſici florum.
Primulæ ueris florum.
Roſarum, recens.
Roſarum uetuſtæ.
Sambucci florum.
Saluiæ florum.
Stichados florum, aut etiam foliorum ipſius herbæ.
Tiliæ florum.

Violarum. Violæ ſunto recentes, ut notat Manardus. Neque offendaris, ſi in Meſue diſcas diutius in umbra ſiccãdas eſſe. Paretur ex ſaccharo bono, ſolido, mediocris coctur æ: eiuſq; ſacchari ſint partes duæ ad partem unam florum uiolarũ mundatorum à ſuis calycibus & pediculis. Cætera ut in Canone. Simili modo paretur conſerua roſarũ tundendo roſarum exunguatarũ pertẽ unã cũ duplo ſacchari ſolidi. Nec diu debent roſæ ſiccari, tantũ ut acceſſoria humiditas, uerbi gratia pluuia aut ros abſumatur: deinde inſoletur dich.

multis,

multis, subinde mouendo ſurſum deorſum. Relinquatur autem ſpacium uaſis inane propter fermentationem.

DE CONFECTIS.

PRincipio pharmacopœos admonitos uolumus, ut uulgatam officinis ſuis differentiam retineant, quæ eſt inter affines & coniugatas dictiones has, Confecta & confectiones. Confecta cũ eis nominibus quæ ſaccharo ſicco obducta & ueluti incruſtata ſunt: Confectiones uerò, magis proprie dicuntur. Electuaria ſiue Antidota melle aut Syrupo ſacchari excepta, ſaccharo uel melle eis non ſuperinducto, ſed undiquaque permixto, de quibus infra ubi de Electuarijs agetur. Confunditur tamen ſæpè hæc differentia.

CANON DE PARANDIS SEV Concinnandis confectis.

COnfecta itaque uocantur materiæ ſaccharo ſicco obductæ, & ceu tectorio quodam ueſtitæ. Obducuntur aũt ſemina, fructus, fructuum cortices, aromata integra uel in fruſta diſſecta, ut gulæ magis arrideant, & minori moleſtia aſſumi queant: alia enim nimis amara aut acria ſunt, aut alioqui ſaporem nimis medicamentoſum habent, ideoq; guſtum offendunt.

Semina, (ut coriandrum, aniſum, anethum, fœniculum, carum, cuminum, ami, ſemẽ agni, cannabis, amomum, cardamomum, cardamum, Cardamine, eruca,

eruca, eryſimum, ſynapi, urticæ, cucumeris, cucurbitæ, milonis citreoli ſemina, papaueris albi ſemen, abſinthij marini ſemen, quod barbotinam uocant, & ſemen contra lumbricos, quod uulgò ſanctum quaſi Xantonicum & zedoariæ ſemen uocãt, &c.) priusquàm conficiuntur à ſordibus, pluribus feſtucis, lapillis, & pediculis cribrando, uentitando, & ſeligendo repurgentur.

Fructus, ſub quibus modo etiam comprehendimus ſemina maiora, (ut amygdala, auellanæ, piſtacia, ſtrobyli, nuclei perſicorum, prunorum, ceraſorũ, bombacis, &c.) iniecti feruenti aquæ, putaminibus ſuis exuantur, & cum furfure parum fricando ſiccentur, priusquàm conficiantur.

Cortices itẽ fructuũ, (ut cortices citri, arancij, cucurbitæ, quem Carbaſſatum uocant) ut commodius conficiantur, prius minutim in frusta longiuſcula inſtar aromatum longiorum ſecantur.

Aromata, ante confectionem ſeu (ut loquũtur) confecturam, in frusta longiuſcula & tenuia findantur atq; concidantur.

Saccharum coquatur ad debitam & quodammodo perfectam conſiſtentiam, id eſt, propemodum ut ad morſulos & orbiculos, quod quid ſit, & quomodo fiat, paulò ſupra in appendice dictum eſt.

Materia conficienda in æneum uas penſile duabus anſis ſuſpenſum indatur, & ſuper carbones hinc inde, antrorſum, retrorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, agita-

ſum agitatur: nunc in orbem uoluitur: nunc inſtar auenæ in uannis mouentur donec calefiat: Calefactæ infundatur parum ſacchari cochleari ferreo, non procul ab extremitate uno foramine perforato, et continuò agitatur, donec ſuccetur ſaccharum: deindè aliud affunditur ut prius, idq; tantiſper fit, dum iuſtam acquirat magnitudinem. Superficies in pleriſq; læuis eſt, niſi ſingulari artificio aſperior, ſeu (ut uulgò loquuntur) criſpa ſit, uidelicet ex alto ſaccharum fundendo.

Si materia conglobatur, uel ſaccharo confertim infuſo uel negligenter moto, manu affricata diſſoluuntur nodi. In fine confecturæ exactè ſiccentur: deindè in locum calidum & ſiccum cribro impoſita reponantur.

Eſt & alius quidam modus exaſperandi confecturas, non admodum neceſſarius, plus oſtentationis quàm utilitatis habens, uidelicet talis: Calefacto aheno infunditur parum ſacchari in medium, et cochleari hinc indè agitatur, ubi bullæ apparent, portio aliqua ſacchari iam confecti imponitur, & ſtrenuè deorſum ſurſumq; mouetur, ne fundo adhæreat: Deindè impellitur, ut decet: idq; fit, quousq; ſatis exaſperata ſit: abſoluta hac portiõe, iterum calefiat, ut prius, aheno: idq; tantiſper fiat, donec ſatis criſpum uidebitur: mox alia põrtio ſumitur.

Quidam quæſtui magis quàm utilitati ſeruientes, primum impuriore ſaccharo abducũt materias

& ſub-

& ſubinde adſpergunt amylum, in tenuiſſimũ pollinem tritum: tandẽ purius & candidius ſaccharũ addũt, ut exteriores cruſtæ elegãtes et albæ appareãt.

APPENDIX DE COLORANDO Saccharo in concinnandis Confectis uſurpari.

TInguntur etiam Confecta uarijs coloribus magis ad ſpectaculum quàm neceſsitatem aliquam.

Ad flauum colorem recipitur rhabarbari ſuccus aut croci. Ad rubrum, ſandalum, præſilium, rubiæ radix, lacca, grana tinctorum, flores amaranthi purpurei. Ad uiridem ſuccus anethi, ſolani, rutæ. Ad cæruleum, flores frumenti, baccæ ſambuci. Ad nigrum gallæ, myrobalani, ſuccus corticum iuglandium. Hæ materiæ aceto aut uino ſublimato diluuntur, & ſi opus eſt, aliquid aluminis additur: Deinde confectis iam abſolutis, ſenſim in aheno calenti bus aſpergitur. Quod ſi uoles uaricolora reddere confecta, inuicem modo hunc modo illum colorem aſperge.

TRAgea rubea.

Hoc ferè modo etiam Tragea rubra fieri ſolet. Accipitur puluis ſacchari albi craßiuſculus, & in aheno ſupra prunas uerſatur, donec benè incaleſcat: Deinde affunditur Santalum ſublimato maceratũ, ac manibus uel ligno in eum uſum facto ſaccharum miſcetur, ne in grumos conglobetur.

APPEN-

APPENDIX ALTERA DE SACcharo Penidio.

HOc loco ſacchari tracti, quod Penidium uocant, meminiſſe non intempeſtiuũ eſt, quod ita paratur. Accipitur ſaccharum album bonum, (poteſt & ex uiliori parari,) coquitur leuiori flamma ad extremam ſpiſſitudinem, quæ ita cognoſcitur: Quando portiuncula aliqua digitis extremis duobus diſtracta in tenuiſsima quaſi fila abit, quæ percuſſa digito tanquàm uitrum diſsiliunt. Inde effundatur ſuper marmor butyro, oleo amygdalino, aut oliuarum leuiter inunctum, & manibus uel inunctis uel amyli polline aſperſis, ne adhæreat comprehenſum, ex alto paulatim comprimendo & fricando hinc inde demittitur aliquoties: tandem ubi paulum refrixit, ferramento unco parieti infixo obuoluitur, idq; tantiſper, dum benè lentum & candidum efficiatur. Quo autem diutius trahitur, eo candidius redditur: Tandem attractum famulis diſtribuitur, ut diſtrahendo torquendoq; formetur modo conſueto: Formatum reponatur loco calido. Quidam mel addendum eſſe ſcribunt, quod uſu non receptum eſt.

DE ROB, ROBVB, MIVIS, & Sapis.

ROb ſiue Robub, quando Arabibus abſolutè ſiue ſimpliciter profertur, tunc illis intelligitur uinum ad dimidias uel tertias coctum, quod

latinis

latinis sapa seu defrutum, græcis σιραῖον καὶ ἕψημα dicitur: Transferunt tamen Arabes usum huius uocabuli etiam ad alios succos similiter coctos, sed tunc non amplius absolutè, sed addito plantæ nomine proferunt. Ita etiam qui puriorem latinitatem affectant, etiam Sapæ uocabulum generalius ad alios succos siue igne siue sole similiter coctos, trãsferunt: Sed satius est Arabũ dictionẽ Rob siue Robub tanquam officinis & medicis magis usualẽ, retinere: quando præsens opus non eloquentiæ ostentationem, sed rerum noscendarũ congeriẽ promittit.

Definimus itaq; Rob esse succum à nobis tãtum purgatum & crassatum solis aut ignis calore, ad consistentiam Electuarij mollis aut loch, idq; uel citra additamentum mellis aut sacchari, uel cum sacchari aut mellis condimento, ut nunc uulgò fit præsertim in succis intro sumendis.

DIVISIO.

VNdè recentioribus quibusdam medicis nostris placet, succos per se uiq; solis aut ignis exsiccatos, simplicia rob appellare, sed qui cum saccharo concinnantur, composita rob uel robub nominare magis placet.

Singulæ partes huius definitiõis si expẽdantur, facilè distinguas robub à reliquis succis: quia à nobis seu artificibus fit hæc inspissatio, non à natura sola, quæ succos gũmi, & resinas sua spõte protuberare solet: Fitq; hæc inspissatio ad cõsistentiã Electua-

rij mollis siue Eclegmatis: quia citra subsistere, ut in Iulepis & Syrupis: uel ultra progredi est, ut in succis ad soliditatem inspissatis, exempli gratia in succo glycyrrhizæ, prunorum agrestium, aloës, & aliis, de quibus supra inter Succos & Liquores.

Rob γενικῶς sumptum etiam miua Arabibus dicitur. Est enim Miua nihil aliud quàm succus ad mellis crassiusculi consistentiam coctus. Sic dicimus Miuam Cydoniorum.

NOTIO DE SVCCORVM REponendorum & asseruandorum modis aliquot.

OPortune itaque notandum, quòd quidam succi quales sunt expressi, reponũtur, ut uinum, omphacium, agrestium pirorum & pomorum succus: nisi quod omphacium salem paucum ad sui custodiam requirit. Seruantur similiter succus rosarum, uiolarum quibusdam, cydoniorum, limonum, granatorum, berberis, uuarum: sed his uase uitreo conclusis oleum est superfundendum, ne calor natiuus exhalet, ac externus irrepat. Similiter quoque seruari possunt fructuum omnium succi, præsertim acerborum uel austerorum. Aliorũ aũt ac herbarum succi seruandi parua coctione & residentia purgantur ante repositionẽ, in uasis plenis uel oleo (si lubet) superfuso reponantur: sic fumariæ, absinthij, eupatorij, et aliarum quarundam herbarum succos, quidam

quidam hodie reponunt loco frigidiore. Succos alios ante repositionem mediocriter sole feruēte uel igni siccamus, ut absumpta humiditate excremento sa feruoris & corruptionis autore, integri seruentur, quales Mesuæ cæterisq; Arabibus rob & robub appellātur. Alij uerò succi uel citra uel ultra hanc consistentiam parātur, ut modo admonitum est in declaratione definitionis.

CANON ROBVB SIMPLICIVM.

ROobub simplicia parentur ad exemplum rob de ribes apud Mesuem in antidotario suo, nimirum ut succi libræ decem coquantur igni lento ad tertiæ partis consumptionem, colatur, subsidere permittatur, donec clarescat. Clarum deindè igni clementi percoquatur in uase uitreo, aut insoletur ad iustam crassitudinem, qua seruari possit.

CANON ROBVB COMPOSITORVM

ROb composita parentur ex septem partibus succi defœcati, & partibus quinq; Sacchari: quanquàm alij subduplum zacchari capiunt ad succos inspissandos.

Vtrobiq; tamen, hoc est, tā in simplicibus quā compositis, regula ad amussim non seruatur, uti uidebitur in singulorum Enumeratione.

ROBVB SIVE MIVARVM Enumeratio.

DIABACCINATVM siue Zelea uaccinorum nigrorum Germanicorum, uulgò

molbernkrudt, ita paratur. R. Vaccinia nigra germanica, quantitate qua uolueris, & cũ pauco uino bullias: post crepaturam colentur: deindè manibus fricando transmittantur per bacilonem, ut pulpa tantũ exeat, cuius pulpæ accipe libras octo, sacchari clarificati & ab aqua consumpti libras duas, misce & bull. ad congelationem, hoc est, inspissationem semper cum bacculo ducendo.

DIAMARENATVM simplex siue Zelea amarenarum simili ferè modo paratur: R. Amarenas nostras, germanicè amarellen, et cum pauco uino bullias: post crepaturam colẽtur: deindè manibus fricando & comprimendo transmittãtur per bacilonẽ ut pulpa seu cremor tantum exeat, nuclei uero & cortices siue pelliculæ remaneant: Accipe huius pulpæ libras octo, sacchari clarificati & ab aqua absumpti siue depurati libras duas, misc. et bull. ad consistentiam spissam semper cũ bacculo ducẽdo.

DIAMORON simplex Pauli libro 7. cap. 14. R. succi mororum Celsi rubrorum libras tres, mellis exspumati libram unam. Coquantur simul despumando ad consistentiam Syrupi.

Dianucum siue Ros nucum Mesuæ, paratur sic:

R. succi corticum nucum immaturarum uiridium tempore canicularium, priusquàm obduruerint cortices interni, libras quatuor, mellis optimi exspumati libras duas. Coquantur simul despumando ad consistentiam Syrupi.

Mel

MEL PASSVLATVM. *Vuas passas aqua calida horas uiginti quatuor macerato, percoquito, per colum exprimito, expressum ad mellis consistentiam recoquito.*

Miua Cydoniorũ simplex, siue Gelatina cydoniorũ.

R. *Cydonia quadripartitò secta, diutius cocta ex aqua, donec tabuerint: postea per linteum cola sine compreßione: deinde cum sacchari partibus duabus ad partes succi tres percocta in cerati consistentiam, cydoniatum uilę constituit: Si autem tam clarum illud quàm crassum simul cernantur, cum saccharo, ut prius, percoquantur, Cydoniatum fit, quod omnibus in usu est.*

MIVA *Cydoniorum Aromatica, siue Diacydonium Gemmæ Frisij, compositum ad exemplum & imitationem diacydonij Galeni libro sexto de tuenda sanitate, quod ita paratur:* R. *succi Cydoniorum dulcium & acidorum depuratorum ana uncias quatuor: sacchari albi, mellis quàm optimi Hispanici cum uino despumati, ana uncias quinque. Aceti uini albi uncias tres. Macropiperis drach. duas, Galangæ, zingiberis albi, ana scrup. quatuor.*

Cinamomi, scrupulos quinq;. Maceris, Caryophyllorum, rosarum rubrarum ana scrup. unum. Coquãtur primũ succi, saccharũ, & mel, et acetũ simul lento igne ad consistentiã fluxilis Syrupi: deinde addãtur aromata per rarũ cribrũ cribrata, & simul lento igne efferueant ad mellis spißitudinem.

ROB de Ribes nobis parabitur aliquanto diuersius à Mesue, quia simpliciter debet succus ribes effundi in latum uas terreum uitratum, & superinducto linteo exponi ad solem, qui humiditatem excrementitiam absumet, & reliquum compinget.

ROB de Berberis: Inspissetur succus berberis per solã insolationẽ, sicut rob de ribes. Et hoc commodè fieri potest in hac regione nostra, ubi maxima berberis est copia, non minor quàm in Anglia: nam Mesues testatur inopiam, quando grana berberis sicca omphacio macerat.

REPOSITIO.

Reponuntur uasis uitreis aut figulinis uitratis ad annum unum & amplius.

DE IVLEB.

IVleb, Iulepum, uel Iulapium, recentioribus græcis Actuario & Simeoni zethi ζουλάπιον uel ζούλαπον, uel ἴολαβον quasi uiolarum infusionem appellant.

Meminimus antea in Appendice de coctura mellis et sacchari, qui uulgo Syrupus simplex uel Syrupus absolutè dicitur, quod idem ille Syrupus, præsertim quando albuminibus ouorũ clarificatus est, etiam Iuleb aliquando Mesuæ & Arabibus scriptoribus uocetur: hoc aũt loco adnotanda est & altera Iulepi significatio, itidem Mesuæ usurpata, qua Iulep dicitur esse medicamenti forma liquidior, syrupo af-

po affinis: ſed Iulep multò magis coquitur quàm Syrupus, adeò ut humoris ſaccharo incocti uncia tantum una maneat in libra Iulepi: In libra autem Syrupi unciæ duæ: undè Iulep quia coctum magis, utendi tempore aqua largiore, ut tripla, quadrupla: ſyrupus autem tantum dupla diluebatur. At huius ætatis medicis contrà inoleuit conſuetudo Iulepos minus multo coquere, quàm Syrupus, ne tã multa aqua egeant, utq; ſint minus glutinoſi.

Tertia itaque Iulepi ſignificatio eſt huius temporis, qui ex aquis ſtillatitijs aut infuſionibus uel ſuccis componitur, minore coctura quàm in Syrupis: Sed hodiè frequentior eſt uſus eorum, qui cum aquis ſtillatitijs fiunt. Et quia his ſtatim utimur, tanta coctione non egent atque Syrupi. Quarta etiam Iulepi ſignificatio eſt notanda, qua hodiè etiã Iulepos uocamus, quando Syrupi propriè dicti aquâ aliqua dupla ſoluuntur.

DE IVLEPIS CANON.

IVlepi itaq; hodie ex aqua diſtillata & ſaccharo coquuntur. Sumitur à quibuſdam aquæ duplum ad ſaccharum, ab alijs minus poßint non incommodè æquales partes accipi. Quo autem plus aquarum ſumitur, eo diutius coqui Iulepum oportet, undè quod ſubtile & aromaticum eſt, coquendo exhalat. Coquuntur autem Iulepi paulò infra Syrupi conſiſtentiam.

IVLEPORVM ENVMERATIO.

Fiunt Iulepi non ſolum ex aquis uiolarum (quæ duo ferè tãtum in officinis hoc tempore proſtant) ſed ex ijs quoq; præcipuè odoratis ſiue aromaticis, ut menthæ, fœniculi, hyſſopi, &c.

IVLEB OXALIDIS fit ter coquendo herbam acetoſæ reiteratam ſeu renouatam ex aqua modica, quantum pro tegenda ſeu mergenda herba ſufficit: & poſtea decoquere ad conſiſtentiam cum æquali portione ſacchari. Hoc album permanet, & eſt iucundum & utile, ſiquidem ſub æſtiuis feruoribus aqua uel ſimplici uel diſtillata pro libitu diluitur, grateq; bibitur.

DE SYRVPIS.

SYrupus ſimplex uel Syrupus abſolutè pronunciatus quid ſit iam ſemel atque iterum dictum eſt. Syrupus autem proprie dictus cũ annexa particula cuius materiei ſit, eſt medicamenti forma liquidior ex ſuccis uel alijs plantarum partibus cum humore aliquo percoctis & mellitis uel ſaccharatis ad ſaporis gratiam & cuſtodiæ diuturnitatem. Fiunt itaque Syrupi uel ex ſuccis, uel ex decoctis, addito melle aut ſaccharo, aut utroq; ſimul.

Notio

NOTIO PRO MEDICIS *ſubinde peregrinantibus.*

SYruporum copia quàm maxima & parum neceſſaria luxuriarunt Arabes, cum longè præſtaret præſertim medicis ſubindè peregrinantibus, ſuccos medicis uſibus neceſſarios, uel ſinceros ſeruare, (quibus ſeruare licet) uel ſiccatos ad mediocrẽ craſſitiem, ut partim inter Succos, partim in Rob dictũ eſt, uel ex melle aut ſaccharo conditos: reliquas uerò plantarum partes ſiccas ſeruari, donec utendi incideret neceſſitas, niſi ſi quarum adhuc uirentium facultatem expetimus, quam decocto ſimiliter condito ſeruare conueniat, ſine tamen ulla aliorum ſimplicium farragine, quæ tamẽ ſyrupis polychreſtis, & ad multos affectus efficacibus debetur, quos Syrupos compoſitos uocamus.

DIVISIO SEV PARtitio.

SYruporum itaq; alij ſimplices dicuntur, qui ex unius ſimplicis decocto uel ſucco fiunt, ut roſarum, uiolarum, artemiſiæ ſimplex, è limonibus, ex ſucco acetoſo citrei mali, &c. Alij compoſiti, qui ex infuſionibus & uariarum rerum decoctionibus cõficiũtur, ut Syrupus è quinq; radicibus, Syrupus ex artemiſia Matthæi de gradibus, &c.

Simplex Iulepo perquam ſimilis eſt, hoc ſolum

differem, quod ſuccus & decoctio è quibus Syrupus fit, ingratior ſit, quam è quibus Iulepus.

Simplices itaque Syrupi fiunt è ſuccis herbarum cichorij, Endiuiæ, fumariæ, betonicæ, & ſimilium: aut è ſucco fructuum, uuæ immaturæ, ſucco limonum, pomorum citriorum, cum melle uel ſaccharo uel utroq; quantitate decernenda infra in Canonibus. Porro qui ex ſuccis parantur ſyrupi, alij merum recipiunt ſuccum, alij aqua mixtum, at Syrupi ex infuſione uiolarum, roſarum, &c. Alij ſaccharum coquunt ad penidiorum uſque craſitiem, deindè ſuccum admiſcent, & ſimul feruere ſemel ſinunt, poſtea igni exemptum inſolant. Quædam item materiæ cum melle coquuntur, ut roſæ, ſed hoc rarius eſt.

Compoſiti autem Syrupi uariè parantur. Alij decoctiones à ſimplicibus ſine expreßione effundunt, & colant, ac addito ſaccharo uel melle quantum ſatis eſt, coquunt: Alij decoctum, manibus uel prælo prius exprimunt, expreſſum donec clarum fiat purificant, deindè ad perfectionem coquunt. Hi Syrupi prioribus uidentur eſſe efficaciores, illi elegantiores. Optima ratio eſſe uidetur conficiendi efficaces Syrupos, maccrare aliquandiu materias in liquore præſcripto & calidè ſuperinfuſo, non nimis multo, ſed quantum tegendis & humectandis materijs ſufficit: Deinde tanquam recentes & uirides prælo ſubijcere, ſuccum exprime-

re, &

re, & ut decet, percoquere, ne recoquendo & diutius feruendo multum exhalet, & quod tenuius est pereat.

In quibusdam etiam Syrupis compositis materiæ exactissimè tritæ & in panniculum lineum uel sericum raræ texturæ inclusæ, in Syrupos adhuc feruentes imponuntur, & relinquuntur ibidem donec Syrupus absumatur, ut in Syrupo è stœchade, è Cichorio cum Rhabarbaro, &cæt. Rectius facere uiderentur, si qui materiam illam, uel dissolutam uel laxius inclusam in medio decoctionis injcerent, atque aliquantisper simul feruere sinerent, subindè rudicula ad lebetem comprimendo mouendoq; ac tandem fortiter exprimerent. Quomodo enim uis medicamentorum in Syrupum transire potest, nisi uel unà coquantur, uel Syrupus semper caleat, (quod incommodum est,) uel pulueres inclusi assiduè moueantur ac premantur?

Porro Syrupus compositus magnam cognationem habet cum Apozemate siue decocto, à quo tamen differt duratione, suauitate, & consistentia. Syrupus ritè coctus, ultra annum etiam quandoque durat & efficax est: Decoctum uerò uix per septimanam seruari potest. Syrupus plus sacchari aut mellis recipit, quàm decoctum. Ideo'que suauior & gulæ gratior est. Syrupus ad iustam spissitudinem decoquitur: decoctum uerò non. Iustæ autem spissitudinis siue crassitiei indicium est, si guttula in mar-

mor

mor uel ſuper peluim effuſa hæreat, aut digitis acceptа, horum adductione & diductione fila ducat, ſicuti ſupra monuimus in appendice de coctura mellis & ſacchari.

CANONES NOTANDI CIRCA Præparationem Syrupo- rum SIMPLICIVM EX SVCCIS Plantarum.

I. *Succi ex plantis aquei, qui citò corrumpuntur, (quales ſunt boraginis, lactucæ, bugloſſæ, mercurialis, portulacæ, &c.) multum ſacchari aut mellis pro conſeruatione poſtulant.*

II. *Alij uerò ſucci, qui ex ijs plantis exprimuntur, quæ ſicciores & putredini atq; corruptioni magis reſiſtunt, ut ſunt herbarũ amararũ, & acidarũ, reliquarumq; facultate ſiccarum, ut agrimoniæ, acetoſæ, ſcabioſæ, betonicæ, ueronicæ, chamædryos, abſinthij, origani, &c. minus ſacchari uel mellis poſtulant: Amara tamen plus ſacchari uel mellis recipere poſſent pro diluendo amarore, licet ex ſui natura minore portione mellis uel ſacchari condiri & conſeruari poßint.*

III. *Conſiderandum, an ſuccis per ſubſidentiam aut decoctionem depuratis ſaccharum uel mel incoqui debeat. Concludendum uidetur, quod ſtatim ex-*

preßis

preßis mel & ſaccharum incoqui debent: nam per depurationem ſubſidentiæ uel decoctionis, elementa ſeparantur, quibus ſeparatis, facultas quæ eis tributur non remanet, ut patet in ſucco Ireos, qui depuratus, aquas aut non ſubducit, aut ualdè imbecilliter: Contrà uerò, non depuratus & crudus, potenter id facit. Sufficit illa clarificatio ſuccorum, quæ inter decoquendum fit per deſpumationem. Debet autem coctura eſſe lenis, ne nimium efferueat & exſpumeſcat, ſicque uis diſcutiatur. Quomodo enim uis plantarum remanebit ſi primum fiat decoctio, deindè depuratio: exindè iterum decoctio cum ſaccharo uel melle, & demum clarificatio?

IIII. Coctura omnium Syruporum ex ſuccis cõficiendorum continuetur, donec debita conſiſtentia ſeu ſpiſſitudo acquiratur ad conſeruationem eorundem. Quod ſic intelligi debet, ut ſucci durabiliores minus diu coquantur, ſicque Syrupi eorum fiant dilutiores: qui uero ſucci facilè corrumpuntur, diutius coqui debent, ſicq; Syrupi eorum craßiores reddentur.

V. Omnes Syrupi conficiendi ex ſuccis, ſemper requirunt ſaccharum iam ante clarificatum & coctum per ſe: poſtea uerò ſuccos addere oportet. Et ratio eſt, quia per longam ebullitionem ſucci uirtus deperditur. Et hoc intelligas de ſucco fructuum maximè & uinis aromaticis, quia hi parum ſuſtinent

de de-

de decoctione. Succi autem radicum diuturniorem ſuſtinent coctura, adeò ut quanto magis decoquãtur, tantò puriores reddantur. Herbarum uero ſucci mediocrem ſuſtinent decoctionem, & illa mediocri decoctione purificãtur. Poteſt hæc tamẽ regula ampliari etiam ad Syrupos compoſitos.

CANONES CIRCA PRAEPARAtionem Syruporum compoſitorum ex decoctis uariarum Plantarum.

PRæterea quæ paulò ante in diuiſione ſub Syrupo compoſito tradita ſunt, etiam ſequentes Canones notandi ſunt.

I. Circa diſpenſationem apozematum obſeruandum erit, ut ad binos manipulos herbarum ſiue ſiccarum ſiue uiridium recens ſiccatarum decoquendos cum aqua alio'ue liquore, ut ſumatur aquæ aut liquoris libra una.

Manipulus autem unus pendet ut plurimum ſemunciam: Ergo bini manipuli herbarum pendent unciam unam, & proindè unciæ uni herbarum debetur libra una aquæ: Sed quando herbæ præſertim ſiccæ per pondera ſcribuntur apud autores, tunc ratio ſit eadem, quæ radicum: Nam ad binas uncias radicum, aut ſeminum, aut aliarum rerum pondere penſarum, ſumitur aquæ liquoris'ue libra una. Sa-

tius ta-

tius tamen foret ubique manipulos per pondera decernere propter manicum' comprehenſionis'que uariam incertamq; diuerſitatem.

II. *Omne meditulliũ lignoſum, durum, uetuſtũ, ex radicibus aufferatur: alioquin in recentibus relinquatur.*

III. *Initio in omnibus omnium Syruporum decoctionibus cogitandum, ut radices, ſemina, corticeſ lignorum mediocriter comminuta, & ſi quæ ſunt ſimilia craſſæ ſubſtantiæ, primo loco coctuæ committantur: deindè quæ rarioris materiæ exiſtunt, ueluti, ſimplicia penè uniuerſa, & aliquot fructus: Poſtremò flores, myrobalanorum cortices, (quando quæritur apertio, alias contra:) aromata comæ herbarum, & id genus alia imbecilla. Quæ uerò mucorem de ſe præbent, qualia ſunt ficus, myxa, ſemina Cydoniorum, lini, fœnogræci, tragacanthum, gummi Arabicum, ad finem quoque inijciantur, aut (quod ſatius) in panno lineo rarò & laxo ligata, longo & contumaci filo appenſo coquantur. Id niſi fiat, totum decoctum lentum uiſcoſum'que redditur, ut ægerrimè colari poßit etiam per ſtamen rariuſculum, adeo lentore ſuo meatus coli obſtruit.*

IIII. *Cum infuſio aliquo temporis ſpacio decoctionẽ præcedit, tunc omnia ſimplicia ſimul infunduntur: nam quæ modicam patiũtur decoctionẽ uim*

ſuam

ſuam exhibent rebus infuſis, & ita uis horum ſeruatur in decoctione, quod non fieret, ſi primò infuſa non fuiſſent, ſed ab ebullitione incepiſſent: Nam cum fit ebullitio & non præcedit infuſio, tunc ordo iam iam dictus ſeruandus eſt, ut quæ maiorem decoctionem patiuntur, primum iniiciantur, deindè quæ minorem.

V. Poſt conuenientem fermentationem ſimplicia manibus uel prælo exprimuntur, & humoris aliquid albumini uni atq; alteri ouorum affunditur, quæ faſciculis quibuſdam ſcopularum concutiuntur, donec benè ſpumeſcant, mox expreſſum decoctum totum affunditur, & poſtquam ſpumam multam agitando ſimul fecit, ſupra ardentem focum ſuſpenditur, ut modicè efferueſcat: Exindè quando modicè refrixit, continuò per pannum laneum album, denſum, & pro multitudine tranſfluentis liquoris, magnum traiicitur, ac colatur, leniter digitis, ſi placet, comprimendo. Si autem nondum perſpicuus cernitur, iterum eodem modo fiat, quouſque prorſus depuretur. In libras decocti duas, unum albumen, communi pharmacopœorum cenſura ſufficere uidetur. Vbi acetum recipiunt, albumina intermittenda erunt, quia tunc coquendo deſpumantur, & deſpumando coquuntur. Eſt porrò hæc regula communis apozematum, zulapiorum, & Syruporum, ut colore, ita & ſapore eo modo iucundiora ac proinde gratiora redduntur. Eſt,

quando

quando medici clarificationem hanc inhibent.

VI. *Quando decocta ſyrupizari debent, tuncre-linquantur in infuſione per noctem, & quando ex-primere uolunt pharmacopœi, primum recalfacere debent circumagendo diligenter incocta ſimplicia, & exindè fiat fortis expreßio.*

CANONES SYRVPORVM SIMplicium & compoſitorum communes.

I. *Syrupi quo diutius durare debent, eò ad craſſiorem conſiſtentiam coquendi ſunt. Sic æſtate quoque quam hyeme ſpißiores ſint neceßè eſt. Non ſatis cocti, uel aceſcunt, uel ſitum contrahunt, uel alioqui corrumpuntur atq; putreſcunt: nõ caneſcunt autem, neq; ſitum contrahunt ob ſuccorum eruditatẽ, quando ad liquoris conſumptionem coquuntur: aut quando inſolatu fermentantur. Nimium uerò cocti in fundo ſacchari Candi modo concreſcunt: ſed concretionem ſeu duritiem hanc non recipiunt Syrupi, ſi ſaccharo parum mellis addatur.*

II. *Sacchari aut mellis quantitatem autores ipſi plærunq; in ſingulis ferè Syrupis exprimunt.*

III. *Cocti dignoſcuntur, quãdo guttatim in ſubiectã tabulã aut marmor planum decidentes conſiſtunt, nec in latum ſparguntur: uel cũ lento et tenaci ueluti glutino manus tractantis inficiunt: aut quando ſummo pollici guttula inhærens, non defluit: & ſi indice illam tetigeris, prætenuia fila mittit, neq;*

abrumpitur. Sed hanc regulam præciſe non requiri-
mus ubiq; propter quartum Canonem Simplicium
Syruporum.

IIII. *Præſtat mel aut ſaccharum prius depurari*
aut clarificari, quàm ſuccis aut decoctis commiſceā-
tur, ſecundum doctrinam appendicis initio Condi-
torum adſcripti, eiuſq; etiam modò meminimus ca-
none quinto Syruporum ſimplicium.

V. *Syrupi aut cum ſaccharo, aut melle, aut ſapa*
fiunt. Syrupus uerò qui cum ſaccharo fit, melius de-
coqui debet, quàm qui cum melle componitur, cum
mel ſit magis conſeruatiuum, & minus corruptibi-
le: & ideo Syrupus cum melle factus diutius conſer-
uatur. Porro Syrupus factus de melle, quanto minus
decoquitur, tanto magis laxat: & quanto plus co-
quitur, tanto plus reſtringit.

Syrupos item pedorales placet quibuſdam ex Sa-
pa parari: Sapa enim multum pectori amicatur.
Quod ad ſaccharum attinet illud, bona fide ſumi de-
bet electum & bonum, non rubrum, multò minus ui-
liſſimum & nigrum illum quem communem Syru-
pum ſeu Candum (quod ex ultima ſacchari Candi co-
ctura inutiliter profluat) uocāt, Itali melaza uocāt.

VI. *Syruporum decocta in lebete terreo aut olla*
uitrata, uaſe haudquaquam æneato aut æreo, parari
debent: & ſupernatans ſpuma cochleari foraminu-
lento tollatur, & ſimplicia ſurſum rudicula moueā-
tur, ne nidorem contrahant.

NOTIO

NOTIO DE SYRVPIS Longis.

SYrupos non durabiles & aquosos, uulgò longos uocant, ut cum medici scribunt, fiat Syrupus longus, id est, aquosus, non ad perfectionem coctus,

ENVMERATIO ET DISPENsatio Syruporum Vsualium.

AQua mulsa, quæ & simpliciter Mulsa siue Aqua mellita, siue Aqua mellis latinè dicitur: græcè uerò melicratum & hydromeli. Quanquam Dioscoridi aliqualis sit differentia inter hæc duo uocabula: quia melicraton ei recens est, ὑδρόμελι sepositum: sed aliis confunditur utriusque uocis usus, pro aqua mulsa seu mellita. Paratur Mesue bifariam.

Prior modus aquæ mellis.

R. mellis boni (quod colore sit mediocri, sicut color paleæ, odore iucundo, sapore modicè acri & dulci, consistentia crassi & tenuis media, non uetus) partem unam.

Aquæ fontanæ dulcis & claræ partes octo.

Igne lento in uase lapideo uel uitrato coque continenter despumãdo, & cola per colatoriũ densum de panno, ad intentionẽ tuã, uidelicet si mox bibendũ sit, aquosius fiat: si reponendũ, largius coquatur. Nam larga coctione crassatum, ut Iulepus siue Sy-

rupus, diu quidem ſeruatur: ſed in partes remotas ægrè penetrat, in bilemq; ob multam dulcedinem facilè uertitur. Alias quoq; facultates coctio uaria ei acquirit, quia parum coctum inflat, magis aluum ſubducit, minus nutrit: largius uerò coctum, inflationem diſſipat, magis nutrit, minus deijcit. Vndè mulſam minimum coctam & tantum non crudam ſerapio uult dari in conceptus ſuſpicione. Præterea aquóſior mulſa urinas & ſputa magis promouet: minus aquoſa aluum magis ſubducit.

Aromatizant nonnulli zingibere,

Croco

Cinamomo

Maci, & ſimilibus:

alij gallia moſchata,

ligno aloës, & ſimilibus.

Alter modus aquæ mellis, præſertim in annuum uſum adſeruandæ.

R. mellis boni partem unam, ut ſupra dictum eſt.

Aquæ fontanæ partes octo.

Fermenti pauxillum pauxillo eiuſdem aquæ mellitæ diſſolutum, uidelicet in ſingulas centenas factæ mulſæ libras indantur fermenti diſſoluti unciæ tres. quæ omnia ligneo trade, relicto trium digitorum ſpacio uacuo, in quod, dum muſti modo feruebit, recipiatur: ubi feruere deſierit, obturato uaſe modo doliorum uini, tertio poſt menſe fit potabile.

Immitte

Immitti hic quoq; possunt aromata panno lineo ligata.

SYR. EX ABSINTHIO VVLGARI simplex Mesuæ.

R. foliorum & seminum absinthij à lignosa caule abstractorum siue auulsorum (Man sol das Kraut sambt mit dem samen abstreuffen.) & moderatè siccatorum uncias duodecim & drachmas quatuor.

Aquæ fontanæ lib. duodecim & uncias sex.

Coquantur ad consumptionem tertiæ partis, ut supersint libræ octo & unciæ quatuor.

Mellis despumati cum uino rubro libras quinque & libræ semissem. Coquantur simul ad Syrupi consistentiam.

SYR. EX ABSINTHIO ROMANO Compositus D. Mesuæ.

R. absinthij Romani libræ semissem,
rosarum rubrarum uncias duas,
Spicæ drachmas tres.
Vini albi antiqui generosi libras decem.
Succi cydoniorum depurati libras duas & semiß.

Macerentur omnia simul in uino & succo cydoniorum horis uiginti quatuor, deindè fiat coctura ad medietatem, ut remaneant libræ sex & unciæ tres

uel circiter: Adde colaturæ mellis optimè deſpumati libras duas, & per ulteriorem cocturam fiat Syrupus.

SYRVPVS ACETATVS SIVE Acetoſus ſimplex D. Meſ.

R. *aquæ fontis libras quatuor cum ſacchari libris quinq;, coquantur in uaſe lapideo ad dimidias ſemper deſpumando, donec clarificetur, & diminuta ſit aqua ſicut medietas ejus carbonibus accenſis, aut flāma exigua, & ſine fumo: Tunc adde aceti uini, albi, clarilibras duas. Melius tamen uidetur, ut interim dum ſaccharum coquitur cum aqua, addatur pauxillum aceti, ut purius clarificetur ſaccharum.*

SYRVPVS ACETATVS CVM radicibus D. Meſuæ, Qui uulgò dicitur Syr. acetoſus compoſitus.

R. *aquæ fontis claræ libras decem, quibus inde & incoque primo radices inciſas, uidelicet, fœniculi,*
apij
Endiuiæ ana uncias tres:
Eximdè paulò poſt adde confractorum ſeminum
fœniculi
aniſi
apij ana unciam unam,
Endiuiæ ſemunciam

Coquan-

Coquantur ad libras quinque & ſtent per noctem, & indè de mane, recalfacta decoctione fortiter'que expreſſa & colata, proijce in colaturam ſacchari libras tres: Et rurſus bulliant faciliter, continuè deſpumando, uel pro maiore clarificatione, addendo pauxillum aceti, atq; circa finem cocturæ adde reſiduum aceti ad uel circiter libras duas, coctionemq; perfice.

SYRVPVS EX ACETOſæ ſucco.

R. ſucci acetoſæ crudi libras tres ſacchari boni libras duas. Coquantur ſimul & deſpumentur, quoad Syrupi conſiſtentiam acquirant.

SYRVPVS EX AGRESTA ſiue Omphacio D. Meſ.

R. ſucci omphacij uuarum albarum immaturarũ libras duodecim. Coquantur in uitrato uaſe ſuper prunas lento igne ad tertiæ partis conſumptionem, id eſt, ad libras octo: Deinde huius ſucci coctione & reſidentia depurati libris ſeptem adde Iulepi, id eſt, ſacchari clarificati libras quinq;: Coquantur ſimul ad Syrupi conſiſtentiam, omiſſis caryophyllis, qui in pupa addi poſſent tempore uſus.

SYRVPVS DE ARTEMISIA MATthæi de Gradi.

R. artemisiæ unciam unam: herba (sicuti & sequentes) mediocriter esto siccata.

pulegij, Calamenti, origani, melissæ, persicariæ illius quæ maculis caret, & aliter hydropiper uocatur, sauinæ, maioranæ, chamædryos, summitatum hyperici, chamæpityos, matricariæ cum flore centaurij minoris, rutæ, betonicæ, bugloss æ, ana semunciam,

Radicum apij petroselini, fœniculi, asparagi, ruscí, saxifragæ uel pimpinellæ, enulæ, diptami id est fraxinellæ, cyperi, rubeæ tinctorum, Iridis, pœoniæ, ana unciam unam.

Seminum Iuniperi, leuistici, petroselini, apij, anisi, nigellæ, ana semunciam.

Cassiæ ligneæ, cardamomi, calami aromatici, ualerianæ, carpobalsami uulgaris officinarum, costi, azari, pyrethri ana semunciam.

Infundantur omnia in libris octodecim aquæ pluuialis per diem ac noctem: post decoquantur ad medietatem: deinde dimittantur ab igne, donec aqua tepuerit, tunc manibus fricentur seu comprimantur in ipsa aqua: & exinde cola. Colaturæ libris nouem adde mellis Hispanici despumati, saccharí Thomæi ana libras tres, & fiat Syrupus debitæ consistentiæ lento igne.

SYRV-

SYRVPVS EX BETONIcæ ſucco.

R. *ſucci betonicæ crudi partes tres.*
ſacchari boni partes duas, fiat Syrupus uti is de ſucco acetoſæ.

SYR. BIZANTINVS ſiue Dinari D. Meſ.

R. *ſuccorum Endiuiæ, apij an. libras duas.*
lupuli, boraginis an. libram unam

In his ſuccis expreſsis incoquãtur primũ glycyrrhizæ ſemuncia, & ſeminum aniſi, fœniculi, apij, horũ trium inquam ſeminum ruditer contuſorum an. drach. tres: Deindè roſarum unciæ duæ: ſpicæ nardi drachmæ duæ. Deinde colaturæ libris quatuor incoque ſacchari tabarzet libras duas ſemis. Fiat Syrupus facili debitáq; coctura & congrua conſiſtentia. Si quis cum aceto parare uolet, addat ad unamquanque libram Syrupi, aceti uncias tres. Res enim in Meſue potius, quàm exarata litera expendi debet.

SYR. EX BORAGINIS ET BVgloſſæ Succo.

R. *Succi boraginis inciſi & tuſi cum ipſis, radicibus, affundendo parum aquæ eiuſdem herbæ diſtillatæ (ne lentorem ſiue mucorem inſignem in tundendo contrahant, ſed commodius omnis uirtus cũ ſuccis extrahatur) libras duas, & libram unam ſuci bugloſſæ uulgaris ſimili modo extracti. Sic mixtis tribus libris crudorum ſuccorum adde ſacchari*

libras duas, despumando & coquendo igne lento ad formam Syrupi.

SYR. EX BRYONIAE RADICUM succo.

℞. *Succi crudi radicum bryoniæ.*
mellis Hispanici uino generoso despumati. } *ana partes æquales.*

Coquantur leniter in uase terreo uitrato, donec fluxilis Syrupi consistentiam habeat, continenter despumando. Exprimatur autem succus tempore Maij, cœli constitutione sicca: serius enim expresso in luxuriantem herbam transfusa fuerit succositas radicis.

SYR. E CALAMINTHA prior D. Mes.

℞. *Calaminthæ domesticæ, id est,* Pommynte, *Serpilli pro calamento syluestri ana uncias duas.*
Seminum leuistici,
dauci,
Schœnanthus } *ana drachmas quinq.*

Vuarũ passurum purgatarum libram dimidiam. Aquæ fontanæ libras sex: Coquantur lege artis ad medietatem: Colaturæ libris tribus adde mellis despumati libras duas.

Syr.

SYR. E CICHORII ET ENdiuiæ ſuccis.

R. *Succorum cichorij & Endiuiæ crudorum ana libras tres: Sacchari boni libras quatuor. Deſpumetur diligenter, & coquatur cum crudis ſuccis ad debitam Syrupi conſiſtentiam.*

SYR E CICHOREA COMpoſ. D. Nicol. Flor.

R. *Endiuiæ domeſticæ, endiuiæ ſyluestris, cychorij, traxicon, id eſt, dentis leonis ana manip. duos, id eſt unciam unam.*

Sonchi uel Cicerbitæ ſiue Roſtri porcini, hepaticæ, id eſt lichenis, ſcariolæ, lactucæ, fumariæ, lupulorum, ana manip. unum, id eſt, ſemunciam.

Hordei non excorticati, fructuum alkakengi, ana unciam unam. Glycyrrhizæ, Capillorum ueneris, Ceterach, id eſt, aſplenij, politrichi, adianthi, cuſcutæ, ana drach. ſex. Radicum fœniculi, apij, aſparagi, ana uncias duas.

Decoque ſecundum artem in aquæ fontanæ libris tredecim, ad conſumptionem tertiæ partis plus minus: Deinde recipe colaturæ libras octo ſemis: ſacchari boni clarificati libras quinq; & uncias octo. Fiat Syrupus debitæ cocturæ. In fine cocturæ Syrupi huius imponatur & modicè coquatur pro quaque libra Syrupi Rhabarbari electi conciſi ſemuncia. Squinanthi ſcrupuli quatuor, ligenturque hæc duo in pupa.

Syr.

SYR. CONSERVATIONIS SEV condituræ Corticum citri.

HIc ex Hiſpanijs copioſè Antwerpiam adfertur, fitq; ex corticum iuſta quantitate, in ulepum ex ſaccharo probè coctum iniecta: uel ex Meſuæ præſcripto.

R. *Corticum citri libram unam. Coque in libris quinque aquæ fontis ad duarum librarum conſumptionem, & cum ſacchari libra una percoquatur in Syrupi conſiſtentiam.*

SYR. E CYDONIIS SIMplex. D. Meſ.

R. *ſucci cydoniorum dulcium & acidorum an. libras quinq;: Coquantur ad conſumptionem medietatis in uaſe uitrato: Deindè biduo reſidere permitte: poſt tránsfunde placidè ac cola, & cum libris tribus ſacchari fiat Syrupus.*

SYR. EX EPITHYMO. D. Meſ.

R. *Epithymi Cretenſis drachmas uiginti.*

Myrobalanorum citrinarum, Indarum, an. drach. quindecim.

Cuſcutæ, fumiterræ, an. drachmas decem.

Roſarum, Seminum fœniculi, ſem. aniſi, an. drach. duas & ſemis.

Thymi, Calamenti, Bugloſſæ, Myrobalanorũ Emblicarũ & belliricarum, Glycyrrhizæ, pelipodij, Agarici, Stichados, ana drachmas ſex.

Pruno-

Prunorum Hũgaricorum dulcium numero uiginti.
Paſſularum enucleatarum uncias quatuor.
Thamarindorum mundatorum uncias duas & ſemis.

Coquantur ſecundum artem in libris quatuordecim aquæ fontanæ ad conſumptionem tertiæ partis, ut remaneant libræ nouem. Agaricus uerò per ſe in panno denſo ligetur, & parte quapiam decocti ad horas decem maceretur: deindè expreſſus liquor in fine coctur æ Syrupi affundatur. Thamarindi quoq; in aliqua decoctionis colatæ parte diſſoluantur, ac per colum cernantur, iterumq; ponderentur, ut iuſtum ſeruetur pondus, uidelicet ſemitres unciæ. Mirobalani aũt, antequam coquantur, non oleo amygdalarum dulcium, ſed Syrupo uiolato ſolutiuo fricentur. Peracto decocto, recipe ſacchari libras quatuor, Sapæ libras duas: Coquãtur ſimul leniter ad mellis ſpiſſitudinẽ: mox paulatim decoctio prior affundatur, et circa finẽ parati Syrupi inijcia tur thamarindi in decoctionis parte prius diſſoluti, atq; bis ter ue efferueant, ac fiat Syrupus.

SYRVP. DE EVPATORIO D. Meſuæ.

R. *Radicum apij, fœniculi, endiuiæ, an. uncias duas, Glycyrrhizæ, ſcœnanthi, Cuſcutæ lini ſcilicet, Abſinthij uulgaris, Roſarum, an. drachmas ſex. Rhabarbari, Maſtiches, an. drachmas tres.*

Capillo-

Capillorum Veneris: Bedeguar, aut pro eo radicũ garyophyllatæ uel cyperi, Suchabæ, aut pro ea, radicum filicis, florum uel radicum boraginis uel buglossæ, sem. anisi, sem. fœniculi, herbæ Eupatorij uulgaris, ana dramas quinq; Spicæ, Asari, Squinanthi, ana drachmas duas.

Coquantur omnia lege artis in libris octo aquæ purissimæ, incoquendo primum radices: post semina: deinde Schœnanthum, cusçutam & similia facilioris cocturæ simplicia: ultimum aromata indendo, Coquendo ad consumptionem tertiæ partis, ut remaneant libræ quinque & unciæ quatuor. Expresso adde succorum Apij uulgaris, Endiuiæ, ana libras duas: Sacchari albi libras quatuor. Succi cum saccharo paulatim bulliant, affundendo colaturam prædictam: Rhabarbarum uerò & spica incisa simul & in puppa colligata suspendantur in coctura, & redigantur ad iustam spissitudinem Syrupi.

SYR. E FVMARIAE succo.

R. Succi fumariæ crudi libras tres.

Sacchari boni libras duas. Coquantur simul & despumentur, quoad Syrupi consistentiam acquirant.

SYR. GLYCYRRHIZAE SIVE Liquiritiæ. Mes.

R. Glycyrrhizæ uncias duas, Capilli Veneris unciam unam, hissopi siccæ semunciam: Macerentur

tur uiginti quatuor horis in aquæ libris quatuor: Deinde coquantur ad mediam partē: Expreßioni colatæ adde mellis exſpumati ſacchari, penidiorū, ana uncias octo, Aquæ roſarum uncias ſex. Fiat Syrupus ſecundum artem.

SYR. EX HYSSOPO D. MES.

R. hyſſopi mediocriter ſiccæ drachmas decem
Radicum apij, fœniculi, petroſilini, glycyrrhizæ, ana drachmas decem.
Hordei mundi unciam mediam.
Sem. maluæ & cydoniorum ana drach tres.
Tragacanthi itidem drachmas tres.
Capill. Veneris, drach. ſex.
Iuiubarum, Sebeſten ana numero triginta.
Vuarum paſſarum purgatarum magnarū drachm. duodecim.
Ficuum ſiccarum, Dactylorum pinguium exemptis oßibus ana numero decem.
Penidiorum alborum libras duas.

Coquantur in libris octo aquæ fontanæ ad conſumptionem medietatis ſecundum artem. Semina maluæ & Cydoniorum, item tragacanthum in panno, ligentur, & ſic coquantur: Poſtea exprimantur omnia, & additis penidijs, fiat Syrupus.

SYR EX IVIVBIS SIVE Zizyphorum D. Meſ.

R. Iuiubarum integrarum, magnarum & pinguium (non illarum rubrarum, rugoſarum omni-

omnino exſuccarum, mereq; cutacearum) numero ſexaginta.

Florum uiolarum: Sem. maluæ, ana drachm. quinque.

Sem. cydoniorum, papaueris albi, melonum, lactucæ, ana drach. tres, Tragacanthi, itidem drach tres.

Capillorum Veneris, liqueritiæ, hordei mundi, ana unc. unam. Coquantur in libris quatuor aquæ ad compoſitionem medietatis ferè obſeruando, ut glutinoſa ſemina cum tragacantha in nodulo ligata, poſt mediam coctura apponantur. Adde ſacchari libram unam, & fiat Syrupus.

SYR. E LIMONVM SVCco acido

R. ſucci limonum recenter expreſſi libras duodecim: Depuretur per filtrum laneum abſq; expreſſione: Colato ſucco incoquas ſacchari libras quinq;: Coquantur ad Syrupi conſiſtentiam lento igne.

SYR. E LVPVLORVM Succo.

R. Succi ex germinibus tenellis lupulorum expreſſi partes tres: Sacchari partes duas. Fiat Syrupus, ſicut de ſucco acetoſæ dictum eſt, auferendo ſpumam lento igne. Addatur autem ſucco dimidium pondus, id eſt, pars una ſacchari decoquendi unà cum ſucco: Et quando efferbuit colentur ſimul, tunc reliquum ſacchari addatur, & coquatur ad conſiſtentiam Syrupi.

MEL MERCVRIALE E SVCco mercurialis Herbæ.

R. Succi erudi Mercurialis partes tres.

Mellis puri Hispanici partes duas, simul coquendo despumandoq; ad Syrupum.

MEL ROSATVM D. MES. SEcundum tertium eius modum, sed ex uetustis codicibus correctum & restitutum.

R. Foliorum florum rosarum rubrarum exungulatarum contusarum partem unam, uerbi gratia, libram unam:

Succi rosarum partem unam semis, uerbi gratia, sesquilibram:

Mellis partes tres, uerbi gratia, libras tres.

Accipiatur mel Hispanicum optimum, feruefiat, & inde tepere sinatur, sicq; spuma auferatur: Deindè addantur rosæ contusæ cum succo, & ad insolationem ponantur diebus uiginti, uase diligenter operculato. Deinde supra ignem duplo uase incalescant, & efferueant: mox fiat fortißima expreßio & colatura. Rursus coquantur leniter ad consistentiam melleam, id est, mellis fluxilis.

SYRVP. E MELISSAE Succo.

R. Melissæ editiore siccioreq; loco & tempore sereno, dum maximè luxuriat, collectæ. q. s. Ex qua succum exprimas, Cuius erudi accipe partes tres: Sac-

chari optimi partes duas. Coquantur simul secundum artem ad consistentiam syrupi.

SYR. EX MENTHAE SVCCO eiusq; herba siccata & Rosis.

℞. Succi crudi menthæ rubræ odoratæ libras sex: in quibus macerentur uiginti quatuor horas calidè menthæ rubræ mediocriter siccatæ, unciæ sex: Rosarum rubrarum siccatarum sesquuncia. Deindè efferuefacta exprimantur potentissimè, cuius colaturæ addantur sacchari solidi boni albissimi libræ semitres, leniterq; coquantur ad syrupi consistentiam.

SYR. MYRTINVS COMPOSITVS.

℞. Myrtillorum drachmas uiginti.

Rosarum rubrarum: Santalorum alborum & rubrorũ: Sumach: Balaustiarũ: Berberis, ana drachmas quindecim.

Mespilorum drach. quinquaginta:

Aquæ fontis libras octo. Bulliant omnia ad consumptionem medietatis: post colentur: Colaturæ addc uini granatorum: Succi cydoniorum ana uncias sex: Sacchari clarificati libras tres: Coquantur ad formã syrupi.

OXYMEL SIMPLEX D. MES.

℞. Mellis puri & exquisiti, uel antea despumati lib. duas. Aquæ fontanæ itidem libras duas: Coquantur

tur ſimul lento igne auferendo ſpumam, & in medio coctura adde aceti libram unam, continuando coctura ad ſyrupi conſiſtentiam.

OXYMELI SCILLITICVM SIMplex D. Mes.

R. Mellis deſpumati libras tres.
Aquæ fontanæ libras quatuor. Coquantur ſimul ad conſiſtentiam ſyrupi fluxilis: Deindè addantur aceti ſcillitici libræ duæ, & perficiatur coctio ad ſyrupi conſiſtentiam.

SYRVP. DE PAPAVERE prior ſimplex D. Mes.

R. Capitum papaueris albi & nigri mediocris ætatis unà cum ſeminibus ſuis hoc eſt, integrorum, ana drachmas triginta. (coniunctim uerò ſeu in uniuerſum ſexaginta) Coquantur inciſa contuſaq; ſimul in libris quatuor aquæ puriſſimæ ad conſumptionem librarum duarum & dimidiæ. Exindè percoquantur cum ſacchari albi, & penidiorum ana uncijs quatuor, leniter ad ſyrupi conſiſtentiam.

SYR. E POMIS SIMPLEX D. Mes.

R. Succi pomorum dulcium & acidorum ana lib. quinq;. Coquantur ſimul ad mediæ partis conſumptionem: Deindè biduo reſidere permittas, donec clareſcant: poſt colētur, & cum libris tribus ſacchari fiat ſyrupus.

Dulcia poma ſunto, quæ noſtratibus dicuntur gůldlin: Item Emmereppel: Item Crůtzeppel, aliter etiam dicta Sandeppel.

Acida ſunto noſtra Poſteppel.

Vtriſq; (dulcibus ſcilicet & acidis) commune eſto, ut poſtquàm decerpta fuerint, reponantur in loco aliquo ſicco ad tres ſeptimanas plus minus, ut excremẽtitius humor conſumatur, atq; poma intra ſe perfectius maturentur.

SYR. PRASII SEV DE MARrubio D. Meſ.

℞. Prasij uncias duas: Glycyrrhizæ unciam unam: Hyſſopi, Capillorum Veneris ana drachmas ſex.

Calaminthes, Aniſi, Radic. apij, Radic. fœniculi, Seminum maluæ, fœnigræci, rad iridis ana drach. tres.

Seminũ lini, Sem. Cydoniorum, ana drachmas duas.

Paſſularum enucleatarum uncias quinq;.

Ficus ſiccas pingues numero quindecim.

Penidiorum, Mellis exſpumati ana libras duas.

Coquantur in libris decem aquæ, indendo primum radices, paſſulas, ficus: deinde ſemina, mucaginoſa quidem in pecia, reliqua uero per ſe: Et poſtea herbas mediocriter ſiccatas: Vltimo capillum Veneris, coquendo ad conſumptionem ferè medietatis: Poſt horas quatuor aut quinq; at non plures, ex-

primas

primantur & clarificentur: addendo postea colaturæ penidia & mel optimè exspumatum, reducaturq; ad spissitudinem Syrupi lento igne.

SYR. DE QVINQVE RADICIBVS CVM MELLE SINE ACETO.

R. Corticum radicum apij, fœniculi, petroselini, asparagi, rusci, ana uncias duas.
Sem. apij, petroselini, fœniculi, ana unciam unam.

Coquantur in libris decem aquæ fontis ad consumptionem medietatis. Deindè post noctem fortiter exprimendo, postquam rursus caluerit decoctum, coletur, & cum libris tribus mellis exspumati fiat Syrupus.

SYR. REFECTIVVS VALERIJ CORDI.

R. dactylorum enucleatorum, Ficuum siccarũ pinguium, Xyloceratiorum enucleatorum, uuarum cibebarum passarum, uuarum passarum uulgarium maiorum & minorum: Tamarindorum enucleatorum, ana unc. quatuor.
Musti generosi recẽtis, Succi Cydoniorũ ana lib. sex.
Incidãtur fructus in partes: Passulæ uero minores & Xyloceratia modicè cõtundãtur, unũquodq; per se: Deinde misceantur oĩa: & in fictili denso affundatur eis succus & mustũ: macerenturq; horis uiginti quatuor: postea coquãtur lento igne ad cõsumptionẽ tertiæ partis aut amplius, Colaturæ affũde lactis a-

ctis amygdalarum cum aqua roſea libras duas ex una libra amygdalarum dulcium tritarum expreſſi. Clarificetur deinde cum albuminibus ouorũ duodecim. Huic decocto clarificato adde ſacchari deſpumati libras tres. Coquatur ad perfectionem. Reponatur partim per ſe, partim aromatizetur. Quod ſi dimidium præſcripti iam ſyrupi aromatizare uolueris, tunc in dimidiato iſto ſyrupo ſuſpende ſequẽtes ſpecies craßiuſculè tritas & in ſindone ligatas.

R. Cinamomi interioris optimi: Macis, nucis moſchatæ, Cardamomi, Zinziberis, Galangæ, Zedoariæ, Caryophyllorũ, ana drachmam unã. Ligni aloës ſeſquidrach. Quod ſi totũ ſyrupũ aromatizare libuerit, tũc geminetur pondus aromatũ.

SYR. ROSARVM SIMPLEX D. Meſuæ.

R. Roſarum rubrarum recentium non ſiccarum libras ſex, intellige menſurales. Infundantur in uaſe terreo uitrato ſtricti oris, bene operculato, horis octo in aquæ calidæ libris quindecim:

Deindè fortiter expreßis roſis abijciatur magma: & infuſioni de nouo injcias roſarum recentium libras ſex menſurales. Infundantur itidem horis octo in prædicta aqua recalfacta. Tandem adde ad ſingulas quinq; libras infuſi colati libras quatuor ſacchari per albumina ouorũ clarificati, & fiat ſyr.

SYRVPVS ROSATVS SOLVTIuus, ſiue Mucharus roſatus.

R. Roris

R. Roris uernalis libras ſex. Feruefiat, & indantur roſarum completarum recentium rubrarum libræ tres, ac horis octo immorentur: Deindè renouatio & reinfuſio florum fiat uſque ſepties incluſiuè abſq; fraude, & ſingulis uicibus diligenter exprimantur: Poſt addc ſacchari albi partem mediam, & ad ſyrupi formam coquito.

SYR. E ROSIS SICCIS.

R. Roſarum rubrarum ſiccarum ſeſquiunciam, (nam libra una menſuralis referta roſis ſiccis, & moderatè coacta ponderat drachmas duodecim plus minus,) Infundantur horis octo in aquæ libris tribus: terq; reiterentur roſæ, & infuſiones, atq; expreßiones. Aqua quoq; hic itidem calefiat, antequã roſæ indantur. Poſtea accipe liquoris infuſi & expreßi quantum habueris, & cum media parte ſacchari coquatur ad formam ſyrupi: uerbi gratia, Si liquoris infuſi habeas tres libras, tunc illis adde ſeſquilibram ſacchari.

SYR. E SCABIOSAE SVCCO.

R. Succi Scabioſæ crudi libras ſex:
Sacchari, & mellis hiſpanici puriſſimi, ana lib. duas.
Coquatur initio cum ſucco media pars utriuſque, mellis ſcilicet & ſacchari, atq; cola. Deinde reliqua pars mellis & ſacchari addatur, perficiaturq; coctio ad ſyrupi formam.

SYR. SPLENIC. D. FRANCISCI PEDEM.

R. Epithymi, Corticum radicum capparum, Lin-

quæ ceruinæ, fructuũ Tamariſci, pro quibus ſubſtitue corticũ medianorum fraxini, Corticum medianorũ radicis ſalicis, Radicum rubiæ tinctorũ, Radicũ Ireos florentinæ: Radicum acori uulgaris, radicũ aſari, ſem. aniſi, ſem. fœniculi, ſem. Cymini prædictorũ omnium, ana unciam unam.

Macerentur ſimul omnia in libris quatuor aquæ, & libris duabus aceti, horis uigintiquatuor: Deinde coquantur omnia ad conſumptionem tertiæ partis, reducendo ſcilicet ad libras quatuor. Expreſſioni colatæ adde mellis Hiſpanici exſpumati libras duas & ſemiß. Coquantur ſecundum artem ad Syrupi conſiſtentiam.

SYR. E STOECHADE D. MES.

℞. Florum ſtœchados drachmas triginta.
Thymi, Calamenti, Origani ana drachmas decem.
Aniſi, Pyrethri, ana drach. ſeptem.
Piperis longi drachmas tres.
Zingiberis drachmas duas.
Paſſularum enucleatarum uncias quatuor.

Coquantur ſecundum artem in libris decem aquæ ad conſumptionem tertiæ partis, ut remaneãt libræ ſex & ſemiß. plus minus. His colatis & expreſſis addantur Mellis puri libræ quinq;, rurſusq; depurando bulliant, modeſtè ad formam Syrupi: Condiantur uero Cinamomi, Calami aromatici, Spicæ nardi, Croci, Zingiberis, piperis nigri, piperis longi, ana ſeſquidrachma.

Hæc

Hæc aromata craßiuſculè trita, ac linteolo rara excepta, infundi debent exiguo tempore in coctura, mox eximi: & quando perfectam fermè conſiſtentiam Syrupus acceperit, iterum immergi, ut modica ebullitione faſciculus efferueſcat, & frequenter confricetur, ac continuò in eodem relinquatur.

SYR. VIOLATVS SIMPLEX

℞. *Violarum recentium ablato herbaceo pediculo lib. tres. Aquæ fontanæ libras quinq;. Efferueſiat aqua, & in eadē infundantur uiolæ horis octo: Deinde fortiter exprimantur uiolæ: ac colaturæ de nouo inijcias libras tres uiolarum, ut antea factum eſt. Colaturæ expreſſæ libris quinq; adde ſacchari libras quatuor. Coquantur lento igne ad formam Syrupi.*

SYR. VIOLATVS SOLVTIVVS: *uel Mucharus uiolatus*

℞. *Infuſionis ſyrupi uiolati ſimplicis, puta ex duabus uiolarum recentium infuſionibus, ſimili modo ut in ſimplici uiolato factis, libras quindecim: Adde ſucci uiolarum recenter expreſſi ablatis pediculis uncias octodecim: Sacchari boni libras undecim. Coquantur leniter ad formam Syrupi.*

DE ECLEGMATIBVS SIVE Loch.

COgnata Syrupis & Electuarijs liquidis ſunt medicamina pectoralia, quæ lambendo ſumuntur, à græcis eclegmata, &

nonnunquàm thoracica, & arteriaca, & pulmonica præſidia, uulgo loch dicta.

Materiæ tritæ & contuſæ ſiue inciſæ aſſiduè mouendo ſyrupo, id eſt, ſaccharo uel melle cocto, circumaguntur piſtillo, donec maſſa lentorem quendam cõtrahat, & uniformis fiat. Nota enim & terminus perfectæ mixtionis eſt, quando medicamẽtum unicolor & uniforme eſt.

ENVMERATIO ECLEGMATVM uſualium, uulgo Loch.

Perpauca nobis ſunt uſualia, cùm receptis uarias ſpecies materiasq; tritas pulucratasq; pro libitu ſubinde permiſcere queamus.

LOCH DE CAVLIBVS D. MES.

R. Succi caulium lib. quinq;. Lento igne coque, auferendo ſpumam eius, uſquedum redeat ad libras duas. Deindè decoquatur cum rob id eſt, ſapæ uini & mellis anà libra una, uſq; dum ingroſſentur, agitetur itaq; diligenter piſtillo.

Atqui pro rob aliqui accipiunt zaccharum rubrum.

LOCH DE PAPAVERE D. MES. & eſt ueluti Diapapauer ſeu Diacodyon.

R. Seminum papaueris albi drachmas uiginti quinque.

Amygdalarum dulcium depellatarum: Nucleorum pineorum recentium depellatorum: Gummi arabici:

bici: Tragacanthi: Succi glycyrrhizæ, ana drachmas decem.

Amyli: Seminum portulacæ: Sem. lactucæ: Sem. cydoniorum ana drachmas quatuor.

Croci, drachmam unam.

Penidiorum alborum, uncias quatuor.

Syrupi è papauere ſimplicis, ſuprà nobis inter ſyrupos deſcripti, libras tres.

Omnia tuſa & conciſa ſyrupo excipiantur, & bene miſceantur, agitenturq; piſtillo ligneo.

LOCH SANVM ET EXPERtum D. Mes.

R. Cinamomi, Hyſſopi, Glycyrrhizæ, ana, ſemũciã.

Iuiubarum: Sebeſten, ana, numero triginta.

Vuarum paſſarum enucleatarum: Ficuũ ſiccarum: Dactylorum pinguium exemptis oſſibus, ana uncias duas.

Fœnigræci, drach. quinque.

Capilli ueneris. Manipulum unum, id eſt, ſemunciã.

Sem. aniſi, Sem. fœniculi, Sem. lini, Ireos, Calaminthes, ana ſemunciam.

Coquantur in aquæ clariſſimæ libris quatuor ad conſumptionem librarum duarum: exprimantur: Colaturæ expreſſæ addito penidiorum libras duas. Coquantur ad perfectionem, id eſt, mellis ſpiſſitudinem, & ſequentes materiæ minutiſſimè inciſæ & tritæ inſpergantur.

R. nucleo-

℞. *nucleorum pini mundatorum drachmas quinque.*

Amygdalarum dulcium depellatarum: Glycyrrhizæ: Tragacanthi: Gũmi Arabici, Amyli, ana drachmas tres. Ireos albißimæ, drachmas duas. Miſceantur & piſtillo ligneo agitentur celerrimè, donec abeſcat Eclegma. Quo enim diutius diligentiusq; agitatur, eò fit albidius.

LOCH DE PSYLLIO D. MES.

℞. *Pſyllij: Granorum Cydoniorum ana drach. quinque.*

Seminum papaueris albi drachmas decem.

Sebeſten, numero quinquaginta: Iuiubarum numero triginta.

℞. *ad. Liquiritiæ drachmas ſeptem.*

Cheſmes, id eſt, uuarum paſſarum exacinatarum drach. quindecim.

Caßiæ fiſtulæ mundatæ unciam unam.

Decoque in libris octo aquæ, donec impinguentur: Deinde cola, et proijce ſuper ea rob libras duas: Sacchari ſaliemeni, Syrupi uiolati, Penidiarum, ana uncias ſex, Farinæ fabarum drach. tres. Dragagãti, Gummmi Arabici, ana aureos quatuor. Coquantur uſque dum tranſeant in conſiſtentiam mellis: Deinde recipe ſeminum cucurbitæ, melonis, cucumeris, citrulli, ana aur. duos. Papaueris albi, aureos tres: Seminum aniſi, fœniculi, ana aureos duos. Confice, & conſerua in uaſe uitreo.

DE DECOCTIS ET APOzematibus.

DEcocta, q̃ & græco uocabulo apozemata, q. d. feruefacta & elixata dicũtur, ex q̃bus rebus, & quo pacto, & quo ordine fiãt, itẽ qũo à syrupis differant, dictum est satis abũdè in descriptione pariterq; in Canonibus syruporum compositorum. Fiunt siquidem ex plantarũ partibus, præcipuè radicibus, foliis, surculis, floribus, fructibus, seminibus, corticibus, lignis, interdũ etiam succis, rarò ex liquoribus, gummis, resinis: rarò item ex animalium partibus: rariſsimè ex terreis & metallicis corporibus.

Coquuntur autẽ hæc, nunc ex aqua, tũ simplici, qualis fontana, pluuia: tum medicamẽtosa, qualis ex plantis destillata, marina, salsa, sulphurosa, aluminosa, bituminosa: nunc ex alio humore, ut lixiuio, uino, aceto, lacte, sero, uel quouis: in quem tamen hæc medicamenta uires suas deponant & humoris illius facultatum aliquid assumant: quamuis magna parte absoluta coctione exprimantur, ac mox ceu inutilia abijciantur. Exprimuntur autem quædam horum ualenter, alia clementer, alia ne tãtillum quidem, pro rerum coctarum & humoris in quo incocta sunt natura & uario medici scopo, ut interim taceam colorum differentias, & coctionũ & contusionum. Quæ enim liquida malumus & parum ualentia, parum diu cocta, non contusa, colã

dem-

denſo, nulla aut minima expreßione excipimus: cõtra uero quæ craſſa glutinoſa appetimus, diu cocta, probè contuſa, propemodum tota per colum rarum uel tranſmittimus uel exprimimus.

Coquuntur quoq; nonnulla multum, alia parũ, alia mediocriter, non modò ob coquẽdorum naturã, ſed ob medicamenti conſtituendi formam, & indicationes uarias.

CANONES item præter alios duo præcipuè præſcripti fuere: Prior etenim eſt de ordine coquẽdorum, uidelicet, ut ea quæ contumacioris ſunt ſubſtantiæ, primum decoctioni immittantur, diutiusq; coquantur: deinde ordine conuenienti quæ facilioris leuioris q; ſunt conſiſtentiæ. Alter uerò canon fuit de rerum infuſarum decoctione, nimirum quãdo ſimplicia decoquenda prius macerare in præſcripto liquore uolumus, ut tunc ſimul omnia leuiora ſcilicet cum contumacioribus ſimul ad maceratione imponantur, & exinde ſimul etiam decoquantur. Reſtat tantum, ut decocta uſualia enumeremus.

ENVMERATIO.

Decoctorum uſus eſſe debet ſtatim à coctione, aut paulo poſt, & conſeruari debent in uaſis uitreis diligenter obturatis loco frigido, aut arena ſepeliri, ſi diutius ſint aſſeruanda. Et quia monuimus ſuprà decocta hoc differre à ſyrupis, quòd diu aſſeruari nequeant, nihilominus enumerabimus nonnulla, ut, ſi contingat medicum nominare in genere aliquod

apozema,

apozema, norit farmacopœus, quid & quale præparare debeat.

AQVA CICERVM D. MES.

Decoque libram unam cicerum conſeruantium adhuc nitroſitatem ſuam cum libris uiginti aquæ facili decoctione, uſq; dum redeant ad libras decem. Tũc erit aqua eorum potus medicinalis: Et ſi ulteriorem excipiat coctionem, & quidem cum plurima aqua, uſq; dum acquirat mediocritatem inter tenue ſeu liquidũ & unctũ, eſt cibus bonus, præſertim colatus.

AQVA FRVCTVVM D. MES.

R. Pruna quadraginta.
Sebeſten, iuiubas ana triginta.
Tamarindorum uncias duas: Caſſiæ fiſtulæ uncias tres.
Mannæ unciam unam. Omittimus autem plærunq; caſſiam & Tamarindos propter nigrorem: imo & mannam, propter precium.

AQVA HORDEI.

R. Hordei integri fricati cum panno aſpero uſq; ad excuſſionem tenuium corticum, id eſt, palearum partem unam, uerbi gratia libram unam, Et ſit hordeum ſubſtantia laudabili, ætatis mediæ inter antiquum & nouum, ſuper quod non cecidit de odore corruptionis aliquid, nec de cõtagione fumi, aut pulueris, & cõſeruatum fuerit in loco aëris liberi, & iã habuerit perfectionem in maturitate ſua, & pone illud electum in olla noua, mundata, lota, & exqui-

ſitè

ſitè abſterſa, ut nõ remanſerit in illa de odore quidquàm omnino: & proijce ſuper ipſum aquæ circiter partes uiginti, uerbi gratia, libras uiginti, & ſit aqua fontana leuiſsima dulciſsima. Stet tamen priùs hordeum in aqua per quatuor horas infuſum: & inde facias cum igne claro & ſuaui ipſam feruere, primam abijciendo ſpumam. Et eſto hordeum ſemper integrum, leuiter quidem fricatum panno aſpero & quaſi depaleatum, ſi multam quæris abſterſionem, atque exoppilationem ualentiorem: integrè uerò ab utroq; cortice mundatum, ſi aquam hordeaceam habere uolueris ad ſitim mitigãdam, aſperitatemq; leniendam, necnon inflammationem extinguẽdam. Vnde talis aqua hordei conuenit in leniendo pectore atq; pulmone, humectandisq; præcordijs. Coctio præterea continuetur ad crepaturam hordei, perfectam quidèm in priore illa intentione: perfectiorẽ uerò & diuturniorẽ plus minus in poſteriore hac intentione.

Notandum tamen, quòd ſub nomine aquæ hordei Arabes compræhendunt aut confundunt potius ptiſſanam hordei, & eius chylum ſiue cremorẽ. Vnde etiamnum Gallorum uulgus ſimplicem aquam hordei potabilem tantum, la ptiſaine, id eſt, ptiſanam uocant: quum tamen Hippocrati & inde Græcis omnibus ptiſana ſit edulium ſorbile ex hordeo excorticato paratũ. Nã ptißana ἀπὸ τῦ πτίσσω, communiter quidem, nomen eſt omnium frugum à corti-

corticibus ſuis mundatarum, unde etiam zea decorticata chondroptiſana dicitur: propriè uerò, hordei granum decorticatum, & à glumis ſuis repurgatum, quod pinſendo ac tundendo fit, ſignificat. Imperitè igitur hoc nomen aquæ decoctionis hordei commodatur.

DECOCTVM PTISSANAE hordei.

Sed quandò ptiſſana hordei, ad edulij uel ſorbitionis uſum decoqui debet, tunc ſemper accipere oportet hordeum exquiſitè excorticatum, quod uulgò mundatum dicitur, idq; uel integrum, uel cõfractũ quod far hordei latinis, & grupẽ ſiue gurte germanis dicitur. Satius tamen fuerit integrum quàm confractum ſumere, ut euitemus metũ Manardi, quandoquidem in hordeo integro abſolutã perfectamq; coctionẽ animaduertere commodius eſt, quàm in confracto. Quia coctio eius ſemper perficidebet, uſq; ad diſperditionem & ueluti tabem ipſius hordei, nunc in largiore, nunc in pauciore aqua, pro uario intentionis medici ſcopo.

Nam quando nõ admodum tenui uictu utendũ erit, ſed aliquantulo plenius cibare licebit, quum ſcilicet totam ptiſſanam exhibemus (nam ptiſſana tota Galeno non eſt exquiſitè tenuis uictus niſi omninò pauca aßũpta fuerit, tũc uerbi gratia ſuffecerint ad partẽ 1. hordei partes quinq; aquæ ſecun-

dum placitum Auenzoar: ſed ſi tenuius cibare propoſitum eſt, ut quando cremorem ſiue ſuccum exhibemus, colatorio manibus uel cocleario expreſſum, tunc copioſiore aqua ptiſſanam decoquimus, uerbi gratia decem partes aquæ ad unam hordei accipiendo, plus autem aquæ accipimus, quando tenuißimè nutrire uolumus aut ſaltē ſeruata proximè aßignata aquæ quantitate, percoctam ptiſſanam ſua ſponte ſenſim per colatoriū eliquari ſinimus ſine adminiculo expreßiōis, unde uulgus practicantium hanc uocant, ptiſſanam colatam: illam uerò quæ expreſſa eſt, uocant ptiſſanā hordei nō colatā. Hac deciſione cōſtitutâ putamus omnē caliginem & nubem arabicæ perplexitatis ſeu confuſionis diſcuſſam iri.

DECOCTVM CARMINATIUUM.

℞. Aniſi, Carui, Cymini, Dauci, Fœniculi, ana drachmas tres.
Ciceruum rub. unc. ſemiß. Glycyrrhizæ, ſemunc.
Florum chamæmeli Manip. ſemis, hoc eſt, drachmas duas.
Vuarum paſſarū ſeſquunciam. Coque in lib. duabus aquæ ad med. ferè.

DECOCT. MYROBALANORUM cuiuſdam primarij in noſtra republica medici.

℞. Myro-

R. Myrobalanorum omnium, anà drach. duas.
Contundantur grosso modo, & fricentur manibus cum oleo amygdalarum dulcium: Postea infundãtur in libris quinquè aquæ fumariæ per balneum maris præsenti anno distillatæ: Stent in infusione per horas uiginti quatuor:
Deinde decoquantur usq; ad tertiæ partis consumptionem:
Deinde adde corticum hellebori nigri drach. duas.
Glycyrrhizæ, polypodij anà unciam unam.
Sem. citri drachmas sex. Bulliant, quousq; remaneant semitres libræ: adde foliorum sennæ Alexandrinæ, Epithymi Cretensis, anà drach. sex. Bulliant donec remaneant unciæ uiginti. Deinde colatur, fortiter exprimendo. Colaturam usui seruato in uase benè obturato.

DECOCTVM PECTORALE.

R. Vuarum passarum unciam unam.
Sebesten, Iuiubas, anà numero quindecim.
Dactylos, numero sex. Hordei purgati unciã unã.
Glycyrrhizæ semunciam: Adianti siue Capilli ueneris, manipuli semissem, id est, drach. duas. Hyssopi, drachmas duas.
Coque in aquæ communis libris duabus, donec dimidium absumatur, cola, & utere.

DECOCTVM COMMVNE.

R. Pruna, numero duodecim: Sebesten numero decem.
Vuarum passarum, unciam unam: Hordei decorticati semunciam.
Glycyrrhizæ repurgatæ, Mercurialis, Polypodij, Absi, Dauci, Cinnamomi, anà drachmas duas.
Coque in aquæ communis lib. duab. donec dimidiũ absumatur, cola, & utere.

DECOCTVM COMMVNE refrigerans.

R. Pruna duodecim. Hordei mundati unciam unam.
Tamarindorum, Violarum, Passarum, anà semunc.
Seminum communium maiorum, anà drach. duas.
Coque in libris duabus aquæ, ut suprà.

DE INFVSIS.

INfusio, quæ & maceratio & irrigatio nonnunquàm appellatur, est genus præparationis medicinarum, quæ peculiaris est farmacopœias præparatio, sicuti suprà in tabula synoptica præparationum insinuatum est. Quibus ucrò de causis, & quomodo fiat, ibidem, hoc est, in ea parte farmacopœias inquirendum erit. Infunduntur enim seu macerantur eædem materiæ, quæ in apozematibus decoquuntur, pulueratæ,

ratæ, contusæ, uel solidæ, idq; in humore simili, (sicut itidem in apozematibus dictum est) sed ferè calfacto cineribus calidis, uel sole, ut medicamenti siue materiei uires promptius & ualētius trahat: quanquàm infusio imbecillius eas ad se alliciat, q̄ coctio: ob id diutius fit, & sæpè leui decoctione, uel distillatione, uel superaddita alterius generis præparatione aliqua, absoluitur.

Infusa item colantur: colataque sine expressione quidem imbecilliora sunt, sed tenuiora & iucūdio ra: cum expressione autem ualenti, contrà.

DIVISIO.

Infusa sunt, uel simplicia, uel composita.

Simplicia infusa quidem sunt; quādo materiæ simplices: Composita uerò, quando materiæ diuersæ irrigantur siue macerantur aquâ, uino, aceto, sero, aquâ distillatâ, aut alio quodam liquore, uel ut melius coqui possint: uel ut humorem imbibant, ac inde alienæ aut correctioris naturæ participes fiant. Idq; bifariam, aut enim post spacium macerationi seu infusioni destinatum materiæ exprimūtur, & succus expressus tantum usurpatur: aut tādiu macerantur, donec succus omnis à materijs absumatur. Simplicia itaq; infusa, ueluti quando rosæ aut uiolæ sub uesperam aqua feruente macerantur in proximum diem, deinde exprimuntur, & in eandē aquam aliæ recentes infunduntur, idemq;

ſæpius in eâdem aquâ fit, ad mel roſatum colatum, aut ſyrupum roſatum ſolutiuum, ſyrupum roſatũ ſimplicem, ſyrupum uiolatum ſimplicem, & ſyrupum uiolatum ſolutiuum conficiendum. Sed de his in ſyruporum claſſe dictum eſt:

Compoſita autem ſunt, ueluti quando rhabarbarũ cultro ſutorio minutiſſimè ueluti in pollinem cõſciſſum inſpergitur aliquantulo uino albo, & deinde cũ ſpica nardi, ſchœnãtho, aut canella in aqua cichorij uel endiuiæ infunditur: Agaricum itẽ cõfractum aut tritum cum oxymelite & zingiberis momẽto aut canella, infunditur in tanta aqua ſtillatitia aut decoctione, ut totum operiatur, ſæpius agitando, ut commodius omnia miſceantur. Compoſita item ſunto, quæ infuſa aliquandiu, diſtillatione ſublimantur abſoluunturque, ut elixir ſiue aqua uitæ: item aqua caponis: uinum hippocraticum, aqua damaſcena, &c.

CANON.

Vtrunq; infuſorũ genus ſæpius à medico præſcribitur in quo humore, qua quantitate, qualitate, item calidé ne an frigidè, quantoq; tempore fieri debeant: itẽ quales debeant fieri expreßiones, fortes an imbecillæ. Hæc autem omnia diligenter perfici debent: & ſi quando contingat, ut in medicamento non ſit expreſſa quantitas, qualitas, & tẽpus: aut ſi ſcribatur, infunde ſecundum artem, tanta quan-

ta quantitas aquæ ſumenda eſt, ut medicamenta quæ maceranda ſunt operiat.

Radices, fructus, ligna, aut cortices ſicci, & ſa uiente hyeme, macerari debent, primùm contuſa & confracta, aquâ tepidâ aut calida per uiginti quatuor horarum ſpacium, aut ſupra cineres, aut ſuper fornacem, aut in uaſe calido, aut ad ſolẽ, aut loco calido, aut pellibus operta aut pannis, ut diutius humoris calor conſeruetur.

Flores, herbæ, aut fructus recentes, & æſtiuo tempore, macerãtur in humore frigido duodecim horarum ſpacio. In utrisq; expreßio fortis facienda eſt.

Medicamenta purgantia, ueluti agaricum, myrobalani, & ſimilia, craßius aut minutius cõfringuntur ex medici præſcripto: deinde macerantur, hyeme horis duodecim, æſtate ſex: Expreßio autem magis aut minus fortis eſto pro medici præſcripto.

Omnes autem hæ infuſiones recentes fieri debent, non autem eæ ſumendæ quæ tempus legitimum aut præſcriptum diu prætergreſſæ ſint, nam facilè corrumpuntur. quòd ſi conſeruandæ ſint, uas arenâ obruendum eſt. nam ſic meliùs perdurant.

INFVSORVM QVORVNDAM Enumeratio.

INFVSVM AGARICI.

AGaricus bifariam infunditur: uel ut humorem, in quo infunditur, unà cum adiunctis modò dictis, & addito momento alicuius gummi imbibat, atq; inde in trociſcos cõpingatur, ut ſuo declarabitur loco, uel ut ſuccus tãtum exprimatur uſurpeturq;, in qua quidem poſteriore actione cõſtat infuſionis ſuccũ paulo copioſiorem atq; adeò dilutiorem eſſe debere. Sed hîc ſummopere cauendum eſt, ne quid damni ſumentibus accidat, quod certè contingit, quando poſt legitimum peracta infuſionis tempus nõ ritè colatur & exprimitur. Obſeruandum igitur, ut diligens & circumſpecta eius infuſi fiat colatio, idq; per cotoneum pannum ſpiſſum ſtrictum, id eſt, durch ein gedicht vnd gantzer parchet, ne quid uel minimum de eius ſubſtantia percolari poſſit. Nam ſi quid eius excolatum fuerit, & æger hauſerit, tunc hærens illud, quantumuis minutum, in uillis & crenis ipſius uẽtriculi atq; intestinorum (quibus propter leuitatem ſuam promptè adhæret) inducit ſæuiſſima ſymptomata, uomitum, torſiones, & lancinationes intollerabiles. Fiat itaq; eius infuſi colatura & expreßio in panno cotonco ſtrictiſſimæ contexturæ iuxta præſentẽ admonitionẽ: ſed ne ſic quidem ab errore euaſeris, quàm diu dilutum & infuſum agaricicalidũ fuerit, quia tunc etiam per pannum cotoncum, etiam citra preßionem, exit agarici ſubſtantia inſtar lenti cremoris, quare tunc dilutum

lutum calefactum ſenſim refrigerari ſinere debemus, quoad limpidiſsimè tranſcoletur ad morem limpidiſsimæ aquæ, quod niſi fiat, iudicabis colaturam parum legitimè factam eſſe. Augerius Ferrerius Toloſas conſtanter quidem improbat infuſionem agarici, quem in ſubſtantia ſua uult exhiberi: Sed certe tutius eſt probatæ fidere experientiæ, quam glorioſis aliorũ contentionibus credere.

INFVSVM AQVAE CASEI ſiue ſeri lactis.

SErum lactis non ſolum per ſe pro purificando & contemperando ſanguine exhibetur, ſed in eo etiam per noctem macerantur roſæ, uiolæ, ſuccus lupuli, fumariæ, endiuiæ, boraginis depuratus: Item rhabarbarum, ſena, & conſimilia: coniũctim uel diuiſim.

INFVSIO ROSARVM. VIOLARVM.

De his ſuprà in ſyrupis abundè dictum.

INFVSIO ESVLAE.

Accipiuntur radices eſulæ excorticatæ, & aceto aniſi macerantur triduo, & deinde exiccantur.

INFVSIO SCAMMONII, ATque adeo præparatio diacrydij D. Placotomi.

Accipito ſcammonij uncias quatuor:
ſucci cydoniorum uncias duas.
mixta probè ponito in locum calidũ, & quotidie moueto, donec mediocriter induretur maſſa: deinde formato paſtillos, eoſq; quantum ſatis eſt exicato.

Hic modus uſitato magis arridet, ita enim uis ſucci cydoniorum in ſcammonium tranſit, & nihil aut parum admodum ſcammonij in cydonium excauatum ſcilicet, clybano in uaſe fictili crudo ad aſſandum impoſitam: illo autem pacto multum perit, & ſcammonij facultas in pomum cydoniorum tranſire uidetur potius quàm cydoniorũ in ſcammonium.

ACETVM ROSACEVM.

REcipe Roſarum rubrarum mediæ maturitatis, præſectis & abiectis unguibus, hoc eſt, imis foliorũ partibus, abſq; rore ſiue pluuia lectarum, in umbra extra ſolem ad triduum aut quatriduũ expanſarum & ſiccatarum, libram unam,
Aceti ſextarios octo, hoc eſt, quartas Colonicenſes quatuor.

Inſolentur diebus quadraginta: Deinde reponantur, uel (quod melius eſt) abiectis foliis corruptis, acetum coletur acreponatur. Quidam ſæpius mutant folia roſarum, nec ita diu ſtare in ſole ſinũt, (uerbi gratia ad dies triginta uel pauciores,) ut cle-

ut elegantius colore aſpectuq;, & ſapore odoreq; ualidius fiat acetum.

ACETVM SCILLINVM
ex libro tertio de remedijs paratu facilibus Galeni, & antidotario Meſuæ.

Scillam albam, benè habitam ac magnitudine mediocrem recentem (nam enormis, ſtrigoſa, putrida, geluq; flaccida improbatur,) abiectis exterioribus tunicis, accipe, eamq; maſſæ ſine paſtæ crudi panis incluſam, in furno coque, donec panis perfectus ſit: deinde tunicas ſeu laminas à corde ſeu meditullio, unde germẽ enaſci ſolet, ſigillatim ſeparatas, atq; acu lignea filo cõſutas tãto interuallo, ne ſe cõtingant, ſiccabis extra ſolẽ dies quadraginta: poſtea laminarũ illarũ ligneo uel oſſeo inciſorio conciſarum libram unam dies alios quadraginta inſolabis in aceti boni ſextarijs octo in uaſe uitrato, ſtricti orificij, bene obſtructo: Deinde colẽtur, & laminis abiectis, acetum in loco calido reponatur.

Porro aqua ex aceto ſcillitico diſtillata eſt gratior & efficacior.

Ad normam & exemplum aceti roſati parari etiam poſſent ACETVM SALVIATVM *ex floribus ſiccatis ſaluiæ.*

SAMBVCATVM *ex florib. ſiccatis ſambuci.*

ROSMARINATVM *uulgò* ANTHOZATVM *dictum, ex floribus ſiccatis roriſmarini.*

VVATVM,

VVATVM, *ex uuis paſsis.*

INter *infuſa* etiam referri poſſent uina medicata ſeu factitia, quando muſto uel etiam alij uino adduntur & immerguntur herbæ, uel ſimpliciter, uel compoſitæ. unde uinum rhodites, abſinthites, hyſſopites, chamædryites, ſtoechadites, ceſtrites id eſt, è betonica, & cõplura alia factitiorũ uinorũ genera, quæ Dioſcoridi enumerantur initio libri quinti, quibus Kroneburgius noſter addit quædam alia hoc tempore noſtris hominibus uſualia, quale eſt quod fit ex ceraſis amarenis, &c. Sed quia hæc œnopolis & reliquis ditioribus ciuibus ſingulatim ferè domi ſuæ parantur, non putamus farmacopœos amplius onerandos eſſe.

De uino tamen ſenæ utpote magis medicinali monẽdus erit farmacopœus, ſi forte cõtingat tale uinũ ab eo requiri, ut norit uinũ illud Senæ à farmacopœo Caroli V. Cæſaris paulo aliter apparatũ fuiſſe, quàm annotarit Kroneburgius: quia Corban apotecarius Caroli Cæſaris in amam muſti imponebat foliorum (omißis folliculis) ſenæ à ſtipitibus mũdatorum libras ſex, & non libras ſexdecim, & depletum hoc uinum iterũ replebat alio eiuſdem generis uino, unde etiam plura eius uini dolia inſtruere cogebatur. Sed omißis his, enumerem ut ea, quæ magis neceſſario in farmacopolijs adſeruari debent.

ELIXIR, SIVE AQVA VI-
tæ compoſita.

R. Caryophyllorum, Nucis moſchatæ, zingibe
ris, galangæ, piperis longi, piperis nigri, zedoa-
riæ, granorum iuniperi, corticum aranciorum, cor-
ticum citriorum, maioranæ, rorismarini, mentæ,
baccarum lauri, pulegij, ariſtolochiæ rõtundæ, ſti-
chados, ſigilli B. Mariæ, cardui benedicti, florum
cheiri, florum primulæ ueris, roſarũ rubrarũ, flo-
rum ſambuci, ſpicæ nardi, ligni aloës, cubebarum,
cardamomi, cinamomi electi, calami aromatici,
ſaluiæ, baſilici, gentianæ, calamenti, ſantalorum
omniũ, acori, pæoniæ radicum & granorũ, macis,
nigellæ, cornu ceruini, raſuræ eboris, chamædryos,
chamæpityos, melligetæ, maſtiches, thuris albi,
aloës hepatici, myrrhæ, florum camomillæ, anethi,
artemiſiæ, betonicæ, anà drachmas tres.

Florum boraginis, florum bugloſſæ, meliſſæ, ſemi-
num aniſi, fœniculi, carui, anà drach. duas.

Specierum electuarij de gemmis, ſpecierum dia-
rhodõ, ſpecierum triaſantali, ſpecierum aromati-
ci roſati, anà drachmæ dimidium.

Diamuſchi dulcis, diambræ, electuarij de gemmis,
theriacæ, diacori, dianthos, anà ſemunciam.

Florum lychnidis altilis rubrorum, florum calen-
dulæ, radicum bardanæ, radicum filicis, anà ſemun.

Chelidoniæ maioris cum radiculis à terreſtri im-
mundicia repurgatis, & reſectis folijs marcidis ſi

quæ

quæ fuerint, unciam unam.
Rhabarbari electi ſeſquiunciam.
Olei de terebinthina libram unam.
Omnia ſuprà dicta bene pulueriza ta uel conquaſſata ponãtur quælibet & ſingula ſuo tempore (incipiendo à uere continuando q; per æſtatẽ) in aqua uitæ optima, quæ facta ſit ex uino rhenano antiquiſſimo generoſiſſimo non marcido aut feculento per alembicum uitreum non æneum, fermentetur q; in ea toto ſingulorum præſertim florum & herbarum colligendorũ tempore, obturando quã exquiſitiſſimè uas ſiue botiam (quæ uitrea ſit aut ſaltem terrea Sigburgenſis Samia noſtra) operculo uitreo circumlutato. Aqua autem uitæ, in qua macerabuntur dictæ ſpecies, ſit ad põdus librarum uiginti ſex plus minus. Si in tres diuerſas bocias diuideres aquam, ſimiliter ſpecies & res ad ratam diuide: quia ſecurius diſtillabis in tribus uicibus q̃ in una. Et pone bociam cum ſuperimpoſito alembico in balneo mariæ ſub moderato igne. Primum exibit elixir uitæ, & ſerua illud per ſe benè obturando uas uitreum, ne reſpiret : Deinde ſtillabit aqua groſſior, quæ ſolum adiuiores uſus ualet: Feces uerò, quæ remanebunt in alembico cucurbita uel ueſica, æquiualent theriacæ, & ſeruiunt paupe ribus ad plures infirmitates.

AQVA CAPONIS.

Caponi

CAponi plurimum à nobis fatigato & occiſo pennæ ſiccæ euellantur citra ullam aquæ immerſionem ſeu macerationem, eumq; caponem ita deplumatum, & exinde euiſceratum, minutim unà cum oßibus, ſtomacho, hepate, & corde conſcinde. Zerhackes Klein/ alioquin reliqua uiſcera demantur: Vbi ſic haſſchatus, id eſt, conſcindendo comminutus fuerit, tunc ad macerādum affunde aquæ roſatæ ſeſquilibram

bugloſſæ libram unam.

meliſſæ uel maioranæ ſelibram.

Vini maluatici libram unam, uncias tres.

Cinamomi uncias duas.

Croci drachmam unam.

Seminum endiuiæ drachmas tres.

Galangæ drachmas duas.

Zingiberis, nucis muſchatæ, macis, ſantali citrini, anà drachmam unam.

Corticum citri ſeſquidrachmam.

Florum cordialium anà drach. unam.

Coriandri præparati, Seminum melonum anà drachmas duas.

Pinearum unciam unam.

Florum arantiarum conditorum ſemunciā.

Stent hæc ſimul omnia in infuſione per horas uiginti quatuor ſuper fornacē uel in alio loco calido: Exinde ſuperimpoſito adaptato alembico diſtilla per balneum maris, & in diſtillato liquore extingue

extingue aurum candens, præsertim tempore usur pationis.

Digladientur inter se medici, quomodo & in quem usum hæc medicina aquæ capionis applicari queat, aut potius expendant eius uirtutem secundum artem graduationis medicidarum Raymundi Lulli, meminerintq; clemẽta ipsa in suis etiam singula sphæris impermixta non esse.

VINVM HIPPOCRATICVM.

R. Cinamomi electi tenuissimè instar laminarum seu squamarum conscissi uncias duas. Zingiberis uel galangæ drachmam unam. nõ quassentur, sed itidem tenuissimè ceu laminatim conscindantur, scentq; per noctem in infusione duorũ sextariorum uini, & inde percoletur per manicã hippocratis, cui insent zacchari albi unciæ octo, subinde reaffundo percolatum.

DE ELECTVARIIS.

ELectuaria sunt quæ græcis antidota siue antidoti, & uulgò Confractiones, præsertim quæ antidotoorum atq; electuariorũ mollia sunt, appellantur. Ratio autem nominis esse uidetur, uel quòd ex electis constent aromatis, uel quod præ cæteris medicamentis, tam in bona ualetudine asseruanda, quàm mala abigẽda, eli-

da, eligantur: unde electaria etiam dicuntur ijs, qui latinius atq; adeo magis grammaticè loqui uolunt, Cælium fortè Aurelianum secuti.

Aduertenda tamen est ambiguitas uocabuli confectionum, quòd confectio hîc quidem formam compositi alicuius medicaminis, electuarij scilicet mollis, significat: alibi uerò præparationis genus, quo medicinales materiæ saccaro sicco obducuntur & ueluti incrustantur, unde confecta præparantur, de quibus suprà.

Sunt autem electuaria siue antidota, medicamina melle aut syrupo sacchari, id est, saccharo ad syrupi consistentiam cocto excepta.

Porro antidota in genere dicta sunt medicamẽta quæ contra morbos exhibentur, ab ἀντὶ & δίδωμι: unde libri medicamentorum, antidotaria quibusdam inscribuntur. Dicuntur etiam antidota magis propriè, medicamẽta contra uenena & morsus uenenatorũ. Nũc electuariũ est usitatius, quàm antidota siue confectiones.

DIVISIO AB VSV DESTINATO.

ELectuaria siue Confectiones, aliæ sunt aromaticæ, sic dictæ, eò quòd magna ex parte aromatis constant, ac magis ad confortandum mẽbra principalia, quàm ad alios usus cõparata sunt: Aliæ catharticæ (uulgo à soluenda aluo solutiuæ & laxatiuæ) quòd aluum purgandi facultatẽ habent:

bent: Aliæ, quia opium recipiunt, opiatæ, ueteribus narcoticæ dictæ, inter quas theriacæ etiam recenſendæ ueniunt. In duobus poſtremis magna animaduerſio adhibenda eſt, ne quid perperam fiat, aut error committatur, ex quo ægroti in diſcrimẽ uitæ aut longæ ualetudinis adducãtur, medici uerò infamiæ notam incurrant. Notandum tamen, & pharmacopœi etiã abuſiuè uocant electuaria opiata confectiones molles propter formæ ſiue figuræ ſimilitudinem, etiamſi nullo conſtent opio.

ALIA DIVISIO A QVALItate ſaporis.

Electuaria item alia quidèm guſtatu grata & iucũda ſunt: alia uerò amara & ingrata.

ALIA DIVISIO A FORMA SIVE figura. Siue (ut alij loquuntur) à conſiſtentia.

Duplices etiam ſunt prædictæ confectiones, tã aromaticæ, quàm catharticæ, uidelicet molles ſiue liquidæ, & duræ ſiue ſolidæ. Ex melle molles tantum, ex ſaccharo utræq; fieri poſſunt. Veteribus molles ſolùm in uſu fuerunt, nam nec modum tractandi ſaccharum ſciuerunt, nec eius copiam habuerunt: Noſtri ſolidis multum utuntur, quæ ut gratiores illis ſunt, ita quoq; minus efficaces. nam non ita bene miſcentur, non fermentantur mixtæ, aliquid etiam, dũ calido ſaccharo materiæ tritæ, aromatice

maticæ præſertim, inijciuntur, exhalat, & reco-quendo uires diſsipantur.

ORDO TRACTANDORVM.

Primum agemus de electuarijs aromaticis ſolidis:
Deinde de liquidis ſiue mollibus:
Tertio, de opiatis, nimirum propriè & ueraciter ita dictis:
Quarto, de catharticis tam lenitiuis quàm ſolutiuis, id eſt, electiuè purgantibus, quibus debetur & adſignatur propria claſsis.

CANONES GENERALES SIVE COMMVNES OMNIVM electuariorum tam ſolidorum quàm mollium.

FArmacopœus bonus, antequàm incipiat cõponere, omnia ſimplicia aliaq; neceſſaria in promptu ut ſint curare debet, nec imitari malos patres familias, qui tum demum panem ac potum adferri curant, quùm iam menſæ aſsident, ne ab opere conquirẽdis neceſſarijs auocetur, ac interim aliquid corrumpatur.

SECVNDVS.

Farmacopœus non debet ſolus magna antidota cõponere, ſed principio materias in tabula diſponere, deinde medicos adhibere ſpectatores, cenſoret, teſtes.

TERTIVS.

In receptaculis compoſitorum & mixtorũ, nimirũ in operculi cauo inſcribatur tempus mixtionis, id eſt, quo die & anno facta ſit antidotus, aut titulo adſcribatur. Habent enim non minus compoſita quàm ſimplicia medicamina ſuas ætates, ex quibus efficacia ipſorum & facultatum diuerſitas æſtimatur. Electuaria nanq; palato grata durant annum: amara & ingrata biennium: purgantia annum: Theriaca ad uigeſimum annum durat: reliquæ opiatæ in decennium: neq; exhiberi debent ante ſemeſtre, niſi medicus aliud præſcribat.

QVARTVS.

In omnibus electuarijs tam ſolidis quàm mollibus requiritur perfecta (quoad fieri poteſt) permixtio: ad permixtionem uerò diligens, exquiſita, aut ſaltem appoſita ſeu conueniens trituratio, atq; inde cribratio. Neceſſario igitur huc transferẽda erit doctrina terendi ſeu tundendi & cribrandi ſimplicia quælibet ex libro ſecundo farmacopœiæ Syluianæ, quæ licet ſatis prolixa ſit: breuem tamẽ quendam epilogum inde collegit Cronenburgius, ſecundum ſeriem atq; adeo ſecundum claſſem commemoratorũ initio huius libri ſimplicium omniũ.

Radices itaq; noſtrates præcipuè maiores ac craſſiores, cum hîc, tum alibi, in pulueribus cõminuendis, primò per medium in particulas diſſecandæ ſunt: mox ſole aut umbra, aut ſupra lenẽ ignem in pa-

in patella, ſiue complicatis chartis iuxta fornacē ſiccandæ haud quaquam feſtināter, ſed placidè & prolixè: Deinde alijs aromatis coniunctæ ſuauiter tundendæ, & exactè cribrandæ. Exoticæ, & quæ aliunde ad noſtras Officinas deferuntur, quemadmodum etiam cortices, eum laborem non uſq; adeò requirunt, ſed tantum ut in exiguas partes diuidātur, cuiuſmodi ſunt odoratæ radices & cortices omnes.

Medicamenta ſiquidem odorata, ueluti craßia lignea, & canella, caryophylli, macis & ſimilia, moderate ſunt tundenda, ne pars tenuior exhalet. Et interdum illis aut amygdalæ addūtur, aut aqua roſacea inſperguntur.

Eodem modo eademq; diligentia terendæ ſunt radices odoratæ, ut angelica, ualeriana, garyophyllata, aſarum, &c. Quæ uero non ſunt odoratæ, ſed craſſæ & ſolidæ, ut gentiana, peucedanū, bryonia, uiolento ictu & diuturno uerberandæ ſunt. Rhabarbarum & quædam aliæ radices aliquo humore prædictæ clementer ducto piſtillo per fundū ac latera mortarij teruntur.

Herbæ ſimiliter probè exiccatæ, abiectis ſtipitibus & quiſquilijs diligenter diſſectæ teruntur ſæpè per ſe, rarò cum alijs mixtæ, & denſißimo cribro excernuntur. Quod ſi humiditas quæpiam altius inhæreat, ea ſole aut igne clementer abſumenda erit.

Itidem de floribus obſeruandum, in quorũ catalogo epithymũ, roſam, crocum, balauſtiũ, ſchænuanthos, ſtœchada, nardiſpicam muneramus: quanquam exquiſitius roſæ, crocus, & ſimiles flores per ſe in papyro complicati, uel paululum in ſartagine calida agitati ducantur: Alij forpice minutim incidantur, mox terantur.

Eâdem ſanè ratione ſemina & fructus duriuſculi confi unguntur. Syluius iſta inter radices atq; herbas medium locum obtinere docet. Ita ut radicibus comminutis ſemina adijciantur: poſtea his cõfractis, herbæ conciſæ apponantur, & ſic ſimul cõterantur. Attamen longus uſus omnia pariter contundere uoluit, quem neſcio quomodo quiſpiam uariet. Laborandum tamen ut puſilla ſemina ſtudioſè minuantur, ne per anguſtum cribrum inſcijs uobis tranſeant.

Cæterum humidos fructus, ueluti habentur ſemina oleoſa quatuor frigida maiora, enicorũ, ſeſamorum, Iuniperi, citri, cydoniorum, ſinapi, cannabis, pſyllij, lini, lupini, papaueris, lactucæ, ſtaphidis agriæ & ſimiliũ: Itẽ amygdalæ utræq; purgatæ, balanus myrepſica, glandes, prunorum, cæraſorum, & pineorum nuclei. piſtacia, caſtaneæ, auellanæ, iuglandes, carycæ, dactyli, uuæ paſſæ, pruna ſiccata, zizipha, myxa, anacardia, & ſi quæ ſunt eiuſdem farinæ in puluerem tenuem uertere nemo poteſt (niſi quis in uſum produxere uelit manu tru

ſatis

ſatilis molæ exiguum inſtrumentum nuperæ inuẽtionis, quo ſemina molantur.) unde ægrè inſuper in compoſitionibus ſiccis admittuntur, niſi paruã & ualdè exiguam quantitatem, magnæ alicui permiſceamus, leui quidẽ brachio ſurſum ac deorſum agitando. Aut excorticatos fructus & depellata ſemina ſingulari opera, cultello utrinq; aduncо (quali in ſcindendis corijs utuntur calcearij) aut ſcalpro, aut crebro cultelli uerberatu minutiſſimè concideremus. Supponitur autem ijs folium papyri purum, quod ſæpè quando diſcinditur mutandũ eſt, cui lignum planum & leue ſupponitur. Sed accedit huc aliud incommodum: nam quantumuis appoſitiſſimè ducantur, attamen uix unum menſem compoſitio arida tutò abſq; rancore conſeruari poteſt. Quare omninò iuſtum erit tantũ in neceſſitatem, eiuſmodi pulueres cõficere: quales cenſentur Diatragacanthum frigidum, Dia tridis, Dia margaritõ frigidũ Platearij, Diapenidien, diapraſſion, diarhodon, & id genus alij: aut ſaltẽ dum uſus incidat, ſemina & fructus humectiores addere, ut illæſæ atq; ſapore integro compoſitiones habeantur. Nec probamus, ut in ſole diu ſemina ad trituræ commoditatem ponantur, quoniam eo labore id conſequimur, ut exucta & prorſus euanida experiantur: quod eſt rem probam improbam conatu reddere.

Aliaratio eſt quorundam ſuccorum & gum-

mium, quæ ſimili ratione apta trituræ efficiuntur: quo in genere recẽſentur ſuccus glycyrrhizæ, hypociſtidis, acaciæ, lycij (quod aqua diſſoluitur) bdellium, myrrha, lacca, ſtyrax, aſa, mumia uulgaris, gummi arabicum, & tragacãthum: Iſta in Officinis modicum ſiccata & diſſecta cum alijs ſpecie bus teruntur: aut piſtillo aut mortario calido blandè friantur, quemadmodũ etiam ſarcocolla, aſphaltum, ladanum. Sunt qui promptiſſimè tragacanthum, & gummi pauculà aqua uitæ aut dulci aut roſacea, pro affectu uario puluerari aſſerant. Porrò aloê, maſtiche, colophonia, ſarcocolla, thus, ſulphur, per ſeſe clementer friando ducuntur: quanquam horum quædam diuerſis liquoribus utpote affuſa aqua, uino, aceto, aut alio humore, diſſolui quoq; poſſint. Opium calidiore piſtillo rectè diſſoluitur. Lachrymæ, uelut opopanacũ, ammoniacum, galbanum, ſagapenum, aceto ſiue uino diſſolutæ ac calefactæ, per rarum ſtamen colantur & purgantur. Terebinthina abũdanti aqua perfuſa, ex doctrina Aëtij lib. 15. cap. 99. ſupra ignem indurata, puluꝛatur. Camphora ducitur in mortario, oleo amygdalarum dulcium prius oblito.

Ligna aptiſſimè prius dentatâ aut rapaci ſerrâ ſiue limâ rãduntur, dein in puluerem piſtillo redigũtur: qualia in officinis habentur ſantalorum genera, agallochon, xylobalſamum, guaiacum.

Similiter oſſa, cornua, dentes, pudenda ceruorum,

rum, taurorũ, ungulæ, ichthyocollæ, & ſi quid eſt tam duræ ac firmæ ſubſtantiæ, prius radere conuenit, mox ſingulari diligentia cribrare.

Vniones uerò & corallia ſeorſum modeſtè in mortario marmoreo albo cooperto, confringũtur, mox ſupra cotẽ, aut potius lapidẽ porphyriũ, ſiue duriſſimũ ſagaciter friantur & ducuntur, affundẽdo paulatim parum aquæroſaceæ, dum prorſus nihil aſperitatis etiam digitis confricata deſe præbeant: Tunc ex eis paſtilli finguntur, & ſoli siccãdi exponuntur: tandem oblata occaſione uſurpantur: Pari omninò operâ, lapilli dicti precioſi, atq; alij omnes tractantur: Eoſdem aceto forti deſtillato, uel limonum ſucco diſſolui, & pòſt commodè friari comperimus.

Terræ autem genera omnia ſeorſum teri poſtulant, quemadmodũ ea, quæ ordine ſequuntur, nempe Rheubarbarum, Cantharides, caſtoreum, ſericum uſtum, uel crudũ inciſum, miſtis aliquot amygdalis in mortario, radix ari, dracontij, ebur quod eſt Arabum ſpodium, iecur lupi ſiccũ, pulmo uulpis ſiccatus, ſanguis hirci paratus, ſanguis draconis uulgaris, ſuccinum, ambra, & moſchus, aut liquore quopiam diſſoluũtur, aut in mortario terũtur, ubi prius amygdalũ unum ſiue plura, pro rei quantitate trita ſunt.

Aurum & argentum limatum tenuiſſimè eſſe conuenit, ſi opulenti ſint emptores iuxta ac uẽdi-

terer: Nos uerò utriuſq; foliis utimur.

Scoria ſeu potius limatura ferri & chalybis dies aliquot aceto nutritur aſſiduè mouendo, & inde ſiccatur, tandem teritur, ut monebimus infrà in tryphera Fenonis.

Difficulter læuia redduntur gallæ, cytinus, malicorium, berberes, nuces cypreſſi, myrrha, ſuccinum.

Confricatur amylum.

Breuiter, ſtomachica omnia craſſius terẽda, & pariori cribro diſcernenda, hoc eſt, non tam exquiſite comminuenda erunt, ſicut ea, quæ celeriter in uniuerſum corpus transferri uolumus, & urinæ ducendæ poteſtatem obtinent. Volumus enim illiuſmodi aromata, diuturniorem moram in ſtomacho facere.

Amplius meminiſſe oportet, ut opercula mortarijs pro neceſsitate aptentur, ne quid ex aromatum pulueribus in aërem euaneſcat, tranſpiret, ac quoquomodo euolet.

Præterea differentia cribrorum multiplex deligenda, ut craſſa craſſis & amplis, tenuia tenuibus, tenuiſſima tenuiſſimis ac denſiſſimis excutiantur.

Exemplũ horum unũ & item alterum uidebis ſortaſsis infrà in mithridatio & theriaca magna.

DE ELECTVARIIS AROMAticis Solidis.

Ex aromaticis confectionibus plæræq; nunc ſolidæ

lidæ in uſu ſunt, ſimiliter & quædam ex ſolutiuis, ſed tamen pauciores, ut electuarium è ſucco roſarum, diaphœnicon, diaturbith cũ rhabarbaro, &c.

DIVISIO.

Solidarum confectionum aliæ ſunt rotundæ, & uocantur orbiculi uel placentæ, uulgo rotulæ. Alia ſunt fruſta aut tabulata, & dicuntur uulgo morſelli, ab alijs morſuli & lozangæ. Fruſta itaq; uariant, alia ſunt quadrata, alia oblonga, alia æquilatera, alia uero latiora quàm craßiora, (quas tabellas ſiue tabulata uulgo potius uocant,) alia in medio craßiora, in extremitatibus tenuiora, &c.

DE ORBICVLIS SIVE ROTVlis parandis.

Coquitur ſaccharum ad perfectionem exactã, (quæ tradita eſt ſuprà poſt canonem de radicibus condiendis in appendice de ſyrupo ſimplici,) deinde ab igne remotum, ligneo piſtillo agitatur, & ſpecies inijciuntur, ac probè miſcentur. Cauẽdum, ne nimis cito pulueres addantur, ne adurantur, aut uis ipſorum reſoluatur. Mixtis ſimul cunctis, per plicam lebetis in tabulam farinã uel puluere aliquo, ut cinamomi, ſantali rubri &c. ſtratam ſpatulâ aßiduè ſaccharum pari & æquali quantitate extrahatur, quod decidens placentulæ modo in orbem concreſcit. Si quid uerò remanet in lebete, dureſcit iterum, ſed pauca aqua affuſa liqueſcet, deinde

inde extrahatur ut priùs. Sunt qui in hunc uſum tabulam crebris orbiculis excauatam habent.

Rotulæ concretæ, digitas ſigillatim auferantur, & farinâ ſuperficiei inferiori adhærente penicillo aut panno abſtersâ, in cribrum cõijciantur, & ulteriùs in calido loco exſiccentur: In ligneis arculis ex tilia aut ſimili materia inodora condãtur, (q̃ enim ex abiete & alijs reſinoſis lignis fiunt, ſuo odore medicamina incluſa inficiunt, uel in calidiore loco reſinam reſudare ſolent:) Poſtea in ſicco & calido loco reponantur.

Quando candidiores orbiculi expetuntur, (ſicut in confectione manus Chriſti dicta) ſaccharum albißimum coctum, diu piſtillo agitetur, ita nõ ſolùm candidius, ſed etiam friabilius ſaccharũ euadet, & qui inde fiunt orbiculi eodem modo.

Quidam in tabulam ſuperficie tenus ſpongia madefactam ſaccharum infundunt, quæ ratio non aliena eſt, ſed rotulæ ualde tenues fiunt.

Alij marmor butyro uel oleo leuiter inungunt priùs, quemadmodum dum penidium paratur.

Sunt rurſus alij, qui ſimpliciter in nudam tabulam æneam tenuem benè leuigatam ſaccharum fundunt: deinde ubi refrixit, ut auelli poßit, leuiter igni admouent.

Verùm quum multa una uice conficienda ſunt, farinam ſubſternere commodißimũ uidetur: neq; neceſſe eſt, ut hic ſigillatim orbiculi auferantur,

ſed

ſed ſimul deinde in cribrum conijciantur, cribrando farina traijciatur, quod reliquum eſt tenuioris farinæ cauda uulpina baculo alligata excutiatur.

DE MORSVLIS ET TABELLIS SEV tabellatis concinnandis.

IN morſulis quoq; ſaccharum diutius agitari, additis in fine materijs, oportet, quod deinde in tabulam ſuperficie humectata ſimul ſecundum longitudinem effunditur, & ligneis tabellis adpoſitis madefactis utrinq; cogitur, atq; latitudine & craſſitudine morſulorũ formatur: poſtea præcidũtur morſuli, & in aliũ locũ ſicciorẽ tranſponũtur.

Quidam ſaccharum in tabulis latitudine morſulorum imponunt & formant, deinde in fruſta apta ſecant.

Quidam uerò ſaccharum fluidum adhuc in tabulam æqualiter ſitam effundunt, nec cohibẽt, ſed ſuperficiem eius acie cultri, forma morſulorũ perſtringunt: poſtq; ſaccharũ induruit, totam maſſam tollunt, & in ſuas portiones pro modo linearum frangunt. Hic modus omnium eſt expeditiſſimus, minimeq; diſpendioſus.

Sunt qui non effundunt ſaccharum, ſed ligneis quibuſdam ſpatulis ex lebete fruſtatim eximunt, uerum tales fiunt ualde inæquales.

D. Placotomus medicus Dantiſcanus, ex quo hæc tranſcripta ſunt, certis quibuſdam formulis ligneis uel ſtanneis, quatuor lateribus clauſis uti ſolet,

ſolet, quibus ſaccharum tanquàm carcere quodam, ne inæqualiter diffluat, continetur: deinde formato ſaccharo, formulam remouet, & in partes, ut prius dictum eſt, maſſam diſſecat. Hic modus uidetur omnium optimus, & ad efficiendos elegantes ac æquales morſus aptiſsimus.

Morſuli, ſi opus eſt, in cribro ſubiectis chartis fornaci impoſiti exiccentur: exiccati, ut orbiculi, ſeruentur.

Quãdo fructus, ut amygdala, pineæ, paſſæ uuæ ſpeciebus adduntur, diutius morſuli ſiccandi ſunt.

Item ad morſulos materiæ plærunq; incidũtur, aut craſsius quàm ad rotulas contunduntur.

DIFFERENTIA.

Quamuis mixtim iam egerimus de præparatione atq; adeo fuſione morſulorum & tabulatorum, differẽtia tamen emunctioris naris hominibus inter morſellos & tabulata hæc obſeruatur, ut in tabulatis quidem citius immiſceantur ſpecies, ſeruente quodammodo adhuc ſaccharo: in morſellis uerò ſeriùs, tepefacto & tantum non refrigeſcente ſaccharo, unde etiam in morſulis & lozengis minus læditur, aduritur, abſumiturq; uis ſpecierum, uegetiorq; & efficacior remanet, quàm in tabellis ſeu tabulatis.

CANON DE QVANTITATE ſacchari ad orbiculos, tabellas, & morſellos, atquè trageas.

In orbiculis ſeu rotulis parandis accipiuntur unciæ quatuor ſaechari ad drachmas duas ſpecierum: & per conſequens ad libram unam medicinalem ſacchari ſumuntur ſpecierum drachmæ ſex.

In tabulatis parandis eadem ſeruatur quantitas & proportio : alij tamen ad libram unam medicinalem ſacchari ſumunt ſpecierum drachmas octo.

In morſellis ſiue lozengis aliquanto plus ſpecierum ſumi poßit, imo & conſeruæ plurimũ illis adduntur.

DE TRAGEIS INFRA IN claſſe, de pulueribus.

In tragæis minutis communiter capitur uncia una ſacchari ad ſingulas drachmas ſpecierum, præſertim amariorum aut minus gratarum: quia minus ſacchari ſumi poßit, ſi iucundiores fuerint ſpecies. Qui palato magis ſeruiunt, communem ſacchari modum pro libito excedunt.

CANON ALTER DE ADſeruandis electuarijs in formapuluerum.

Hodie tamen nobis non ſtatim prædictis figuris orbiculorum ſiue tabellarum finguntur electuaria ſolida, ſed ſpecies ritè tritas, tuſas, & cõmixtas diligenter aſſeruamus in coriaceis ſeu

glutaceis

alutaceis ſaccellis intra pyxides, & dum præſcribunt medici, uſurpantur uel in forma orbiculorũ uel tabellarum aut lozengarum, aut etiam ſub forma tragematum: imo etiam in formam liquidam producuntur, additis uel conſeruis & conditis, uel ſyrupis, uel etiam melle ad modum electuariorum mollium, atq; ſic tum condita etiam à quibuſdã appellantur.

ENVMERATIO SPECIERVM AROMATICARVM ad electuaria præſertim ſolida adſeruandarum.

PRius quàm enumerationem hanc aggrediamur, recenſebimus tabulatum unum & alterum iugiter in farmacopolijs noſtris adſeruandum.

MANVS CHRISTI SIMPLEX.

R. ſacchari albiſſimi clarificati libram unam.

Aquæ roſaceæ ſelibram. Coquantur ſimul lento igne, donec aqua roſacea euaneſcat, & ſaccharũ iuſtam craſſitiem conſequatur, deinde ſaccharum diligenter agitatum, ut candidius euadat, ſuper marmor aqua roſacea inſperſum effundatur, ſicq; fiant tabellata.

MANVS CHRISTI PERLATI.

R. ſacchari

R. *ſacchari albißimi clarificati libram unam.*
Aquæ roſaceæ ſelibram.
Coquantur ad conſumptionem aquæ roſaceæ, deinde agitentur, & margaritarum minutißimè tritarum ſemuncia adijciatur, fiantq; tabellæ uel orbiculi.

SACCARVM VIOLATVM *tabulatum.*

Hoc nobis uſurpabitur loco iuleb de ſucco uiolarũ D. Meſ.

R. *ſacchari optimi libram unam.*
Succi florum uiolarum abſq; pediculis expreßi ſelibram. Coquantur leniter ad perfectionẽ: deinde celeriter, quando effundere debent in marmor, inſpergantur foliola aliquot recentium uiolarum, & benè commiſceantur, fiatq; tabulatum, quod non modò eleganti ſapore, uerùm inſuper calore uiolaceo uſurpantes oblectet.

Quemadmodum autem ex ſucco uiolarum tabulatum concinnamus: ita ex ſaccharo & ſucco roſarum placentulas ſiue panes concinnat Manardus lib. ſexto epiſtola ſecunda.

SEQVVNTVR NVNC ELECTVARIORVM *ſpecies aromaticæ.*

ELECT. SPECIES AROMAT.

AROMATICVM ROSATVM Gabrielis ex Meſ.

R. Roſarum rubrarum exungulatarum drachmas quindecim.
Glycyrrhizæ raſæ drachmas ſeptem.
Ligni aloës: Santali citrini, anà drach. tres.
Cinamomi electi drachmas quinq;.
Macis: caryophyllorum, anà drachmas duas & ſemis.
Gummi arabici: tragacanthi, anà drach. duas & ſcrupulos duos.
Nucis moſchatæ: cardamomi minoris: galangæ anà drachmam unam.
Spicæ nardi Indicæ ſcrupulos duos.

DIAMBRA MESVAE.

R. Cinamomi: Doronici: Caryophyllorũ: Macis: Nucis moſchatæ: Folij, (aut pro eo ſubſtitue caſiam ligneam uel cinamomum,) galangæ anà drachmas tres.
Spicæ nardi: Cardamomi maioris & minoris, anà drachmam unam.
Zingiberis, drachmam unam & dimidiam.
Santali citrini: ligni aloës: Piperis longi, anà drachmas duas.
Ambræ drachmam unam.
Moſchi drachmam dimidiam.

DIANTHVS NICOLAI ALEXANDRINI.

R. florum

R. Florum roriſmarini unciam unam.
Roſarum: Violarum: Glycyrrhizæ, an. drach. ſex.
Caryophyllorum: Spicæ nardi: Nucis moſchatæ: Galangæ: Cinamomi: Zingiberis: Zedoariæ: Macis: Ligni aloës: Cardamomi: ſem. aniſi. ſem. anethi, anà ſcrupulos quatuor. Fiat omnium puluis.

DIACALAMINTHES GALENI.

R. Calaminthes: Pulegij: Sem. petroſelini: Sem. ſeſeleos, anà unciam unam.
Seminis apij: Cacuminum thymi, an. drach. duas.
Seminis libyſtici, uncias octo.
Piperis nigri uncias uigintiquatuor. Fiat omnium puluis.

DIACINNAMOMV MESVAE.

R. Cinnamomi ſubtilis & electi drach. quindec.
Darſeni, id eſt, cinnamomi craßi: Seminis cymini: Radicis enulæ, anà ſemunciam.
Galangæ drachmas ſeptem.
Caryophyllorum: Piperis longi: Cardamomi maioris: Cardamomi minoris: Zingiberis: Macis: Nucis moſchatæ: Ligni aloës. anà drach. tres.
Croci drachmam unam.
Sacchari uncias quinq;.

DIACORALLIVM VSVALE.

R. Coralli albi & rubri: Boli armeni ueri: Sanguinis draconis, anà drachmam unam.
Margaritarum drachmæ ſemiß.

Ligni aloës: Rosarum rubrarum: Gummi tragacãthi: Cinnamomi. anà scrupulos duos.

Santalorum alborum & rubrorũ, an. scrup. unum.

Misce, fiat puluis.

DIACVRCVMA MAIOR MESVAE.

R. Croci: Azari: Sem. petroselini: Sem. dauci: Seminis anisi: Seminis apij, anà drach. quatuor.

Rhabarbari: Radicis meu: Spicæ nardi, an. drachmas sex.

Costi: Myrrhæ: Cassiæ ligneæ ueræ: Schœnanthi: Carpobalsami: Rubeæ tinctorum: Succi absinthij: Succi eupatorij (pro quo substituemus potius succum chamæpityos quàm graciolæ) anà drachmas duas.

Olei caryophyllorum drachmam mediã uel drachmam unam, nisi gustatu offendat.

Calami aromatici: Cinnamomi, anà sesquidrach.

Scordij: Scolopendriæ, id est, asplenij ueri: Succi glycyrrhizæ, anà drachmas duas & semiß.

Tragacanthi drachmam unam.

Tritis omnibus fiat puluis.

DIACYMINVM NICOLAI myrepsi.

R. Cymini die uno aceto macerati & rursus siccati, drachmas octo & scrupulum unum.

Cinamomi: Caryophyllorum anà drachmas duas, & scrupuli semissem.

Zingiberis: Piperis nigri: Galangæ: Satureiæ: Calaminthæ,

Iaminthæ, anà drachmam unam & ſcrupulos duos. Seminis ameos: Seminis leuiſtici anà drachmam unam & grana octodecim.

Piperis longi: Spicæ nardi: Nucis moſchatæ, anà ſcrupulos duos & ſemiß. Fiat omnium pul.

DIAGALANGA MESVAE

℞. *galangæ: Ligni aloës, an. drachmas ſex.*

Caryophyllorum: Macis: Sem. leuiſtici, anà drachmas duas.

Zingiberis: Piperis longi: Piperis albi: Cinnamomi: Calami aromatici, an. ſeſquidrachmam.

Calaminthæ ſiccæ: Menthæ ſiccæ: Cardamomi: Spicæ nardi: Seminis apij: ſeminis fœniculi: ſeminis carui: Seminis aniſi, an. drachmam unam.

Tritis omnibus fiat puluis.

DIAIRIS SIMPLEX.

℞. *Ireos ſemunciam.*

Sacchari candi: Specierum diatragacanthi frigidi, an. drachmas duas. Fiat puluis.

Diaireos Salomonis paratur in forma cõfectionis liquidæ, Vide infrà.

DIALACCA MAGNA MESVAE.

℞. *Laccæ decoctiõe ſquinanthi & ariſtolochiæ (prout exactiſſimè docuit V. Cordus) ablutæ: Rauedſceni, an. drachmas tres.*

Spicæ aromaticæ: Maſtichæ: Seminum apij: fœniculi: ameos: aniſi: Schœnuanthous: Succi eupatorij aut potius pro eo chamæpityos: Succi ab

ſinthij: Sabinæ: Amygdalarum amararum: Coſti: Myrrhæ: Rubiæ tinctorum: Aſari: Ariſtolochiæ rotundæ uerę: Gentianæ: Croci: Cinnamomi: Hyſſopi ſiccæ: Caſiæ ligneæ: Cymarum ſchœnanthi: Bdellij, an. ſeſquidrachmam.

Piperis nigri: Zingiberis, an. drachmam unam.

Tritis conſciſisue quàm minutiſimè & exquiſitiſimè omnibus, fiat puluis, cuius facultas penitiſima penetret.

DIAMARGARITVM CALIdum præpoſiti.

R. *Caryophyllorum: Cinnamomi: Spicæ: Galãgæ. Ligni aloës: Glycyrrhizæ: Trociſcorum diarhodõn: Trociſcorum diaion, an. drachmã unã & ſemiß.*

Nucis moſchatæ: Macis: Aliptæ moſchatæ: Zedoariæ: Rhabarbari: Styracis calamitæ, an. drachmam unam.

Margaritarum pertuſarum: margaritarum integrarum: Zingiberis: Oßis de corde cerui: Raſuræ eboris: Blattæ byzantiæ, an. ſemidrachmã.

Cardamomi: Seminis leuiſtici: Seminis baſiliconis: Moſchi: Ambræ, an. ſcrupulum unum, minus granis duobus.

Camphoræ grana ſex. Fiat omnium puluis.

DIAMARGARITON FRIGIdum Platearij.

R. Nu-

℞. Nucleorũ ſeminum citrulli
cucurbitæ
melonum
cucumerum
} anà drachmam unam.

Seminis portulacæ: Seminum papaueris albi: Santalorum alborum: Santalorum citrinorum: Ligni aloés: zingiberis: Roſarum rubrarum: Florum nenufaris alborum: Florũ boraginis, myrtillorum, an. drachmam unam.

Corallorum alborum & rubrorum, an. drachmam mediam.

Margaritarum perforatarum & integrarum anà drachmam unam & mediam. Fiat omnium puluis.

DIAMOSCHV DVLCE MESVAE.

℞. Croci: Doronici: Zedoariæ: Ligni aloés: Macis: an. drachmas duas.

Margaritarum albarum: Setæ crudæ uſtæ: Carabæ: Coralli rubri: an. drachmas duas & ſemiß.

Galliæ moſchatæ: Ozymi citrati, an. ſeſquidrach.

Been albi: Been rubri: Folij: Spicæ nardi: Caryophyllorum, an. drachmam unam.

Zingiberis: Cubebarum: Piperis longi an. ſeſquidrachmam.

Moſchi, ſcrupulos duos. Fiat puluis tritis omnibus.

DIARHODON ABBATIS.
ex Præpoſito.

℞. *Santalorum alborum & rubrorum, an. drach. duas & ſemiß.*

Tragacanthæ: Gummi arabici: Spodij. an. ſcrupulos duos.

Azari: Spicæ nardi: Maſtiches: Cardamomi: Croci: Xyloaloes: Caryophyllorum: Galliæ moſchatæ: Aniſi: fœniculi: Cinamomi: Succi liquiritiæ: Rhabarbari: Seminum baſilicôn: Berberorum id eſt, acinorum eius: Sem: ſcariolæ: Seminis portulacæ: Seminum papaueris albi: Seminum citrulli: Sem. melonum: Sem. cucumeris: Sem. cucurbitæ: an. ſcrupulum unum.

Oßis ex corde cerui: Margaritarum, an. ſcrupuli ſemiſſem.

Saccari candi: Roſarum, an. unciam unam, drachmas tres.

Fiat omnium puluis. Camphoram & moſchũ ſtudiosè omittimus, quæ, ut & ambra, in alijs etiam compoſitionibus omitti debent, niſi ſpecialiter exprimatur, aut medicus iubeat.

DIATRAGACANTHVM FRIgidum Nicolai myrepſi.

℞. *Tragacanthæ albißimæ, uncias duas.*

Penidiarum uncias tres.

Gummi arabici albi unciam unam, drachmas duas.

Amyli unciam mediam.

Glycyrrhizæ drachmas duas.

Nucle-

Nucleorum ſeminum, (ſcilicet excorticatorũ, corticibusq; ſemotis,) cucurbitæ: Cucumeris: Citrulli: Melonis, an. drachmas duas. Fiat omniũ puluis.

DIATRION PIPEREON GAleni ſimpliciſsimum.

R. trium piperum an. drachmas quinquaginta. Seminũ aniſi: Summitatum thymi: Zingiberis integri & non perforati ſeu eroſi, an. unciã unã. Tritis omnibus, fiat puluis.

DIATRION SANDALON, NIcolai Alexandrini.

R. Santali albi: rubri: citrini: Roſarum: Zaccariæ, id eſt, pſyllij ſeminis ſcilicet, an. ſolidos duos, id eſt, drachmas tres.

Rhabarbari: Spodij: Succi glycyrrhizæ: Seminis portulacæ, an. ſolidum unum & medium, id eſt, drachmas duas, ſcrupulum medium, grana quinque.

Amyli: Gummi arabici: Tragacanthi: Seminũ melonum, citrulli: cucumeris: cucurbitæ: ſeminis ſcariolæ, an. ſolidum unũ, id eſt, ſeſquidrach. Tritis omnibus, fiat puluis.

ELECTVARIVM E BACCIS lauri Rhazæ.

R. foliorum rutæ drachmas decem.

Ameos: Cymini: Nigellæ: Leuiſtici: Origani: Carui: Amygdalarum amararum repurgatarum: Piperis nigri: Piperis longi: Mentaſtri: Dauci: Acori: Baccarum lauri: Caſtorei, an. drachmas duas.

Sagapeni, drachmas quatuor.

Opopanacis drachmas tres.

Tritis omnibus fiat puluis, qui ſeruetur per ſe, ex quo etiam parari poſſet electuarium molle in forma liquida, ſed tunc conficiatur cum melle deſpumato eiuſdem ponderis.

ELECTVARIVM DVCIS
ex Nicol. Alexand.

R. aniſi drachmas duas, grana quindecim.

Glycyrrhizæ: Maſtiches, an. ſcrupulos duos, grana quinque.

Chamædryos: Cinamomi: Zingiberis: Galãgæ: Fœniculi: Carui, an. ſcrupulum unum, grana quindecim.

Xylocaßiæ: Calaminthes: Dauci: Pyrethri: Piperis albi: Piperis longi: Cyperi: Schœnanthi: Iridis: Amomi: Folij: Azari: an. ſcrupulum unum.

Spicæ: Croci: Gummi arabici: Tragacanthæ: Seminis anethi: Calami aromatici: Cubebarum: Caryophyllorum: Carpobalſami: Liguſtici: Iuniperi: Petroſelini macedonici: Sileris: Radicis pentafyl-

tafylli: Seminis aſparagari: Seminū citri: Radicum acori: Seminum ameos: Radicum rubeæ: ſeminum urticæ: Rhapontici: Nucis muſchatæ: Ligni aloës: ſeminum baſilici: Milij ſolis: ſeminum ſaxi fragiæ: ſeminum citrulli: ſeminum melonum: ſeminum cucumeris: ſeminum cucurbitæ: ſeminum ſcariolæ: ſeminū petroſelini: Been albi: Been rubri. Styracis calamitæ: Cardamomi, anà grana quindecim.

Penidiorum ſemunciam, ſcrupulos duos & ſemiß.

Tritis omnibus, fiat puluis.

ELECTVARIVM LAETIFIcans Nicolai Alexandrini.

R. Meliſſæ: Corticum citri: Caryofyllorum: Galliæ muſchatæ: Croci: Maſtiches: Cinnamomi: Nucis muſchatæ: Cardamomi: ſeminum pæoniæ: Been albi: Been rubri: Zeduariæ: Doronici: ſeminum Ocymi maioris: ſeminum ocymi caryofyllati, anà ſemunciam.

Fiat omnium puluis. Omittuntur moſchus & myrobalani, quùm in puluere adſeruari debet: Sed quando in forma liquida formari debent, tunc adduntur chebularum numero uiginti: Emblicarum triginta: Moſchi quantum eſt decima pars unius drachmæ. Contuſa coquantur

in

in libris tribus aquæ, donec ad unam redeant: colẽtur: in colatura mittatur libra una mellis, ac simul bulliant ad mellis consistentiam: postremo addantur species.

ELECTVARIVM REGINAE
magistrale & usuale.

R. *Seminum saxifragiæ: Milij solis: Succi liquiritiæ, an. semunciam.*

Seminis carui: Anisi: Fœniculi: Apij: Petroselini: geniſtæ: petroselini macedonici: Dauci: Bruſci: Aſparagi: Leuiſtici: Cumini: Iuniperi: Rutæ: Sileris montani: Baccarum lauri: Radicum aconi ueri: Pulegij: Radicũ pentaphylli, an. drachmas duas.

Spicæ indicæ: Squinanthi: Peucedani: Valerianæ: Carabæ: Lapidis lyncis. an. ſeſquidrachmam.

Galangæ: Zingiberis: Turbith, an. drachmas duas.

Senæ Alexandrinæ unciam unam.

Sanguinis hirci præparati ſemũciam. miſce & fiat puluis.

MICLETA NICOLAI
alexandrini.

R. *Myrobalanorum citrinarum, Indarum, & chebularum mundatarum & aſſatarum, anà drachmas duas & ſemiß.*

Myro-

Myrobalanorum Belliricarũ, & Emblicarum tostarum: Seminis nasturtij, an. drachmas duas. Cymini: Anisi: Ameos: Carui, an. sesquidrachmã. Infundantur aceto dic ac nocte: exsiccentur: postea torreantur: & in puluerem redigantur. Tunc adde Spodij: Balaustiarum: Mastiches: Gummi arabici: Sumach, an. drachmam unam, grana quindecim. Fiat omnium puluis.

DE ELECTVARIIS MOLLIBVS SEV LIQVIDIS canones aliquot speciales præter cõmunes & uniuersales supra adsignatos.

QVoniam in formulis electuariorũ præcipuè liquidorum & opiatorum in fine adiici solet, fiat secundum artẽ: propterea nunc communissima quædam de artificio componẽdi præcepta trademus: reliqua quotidiano usu obseruari & adiici possunt.

CANON PRIMVS, DE MELLE ac saccharo speciebus aromaticis electuariorum permiscendo.

Ad confectiones liquidas accipitur mel uel saccharum ad syrupi consistentiam coctum. Quomodo au-

do autẽ coctio mellis aut ſacchari fiat probeturq́, ſuperuacuum eſt nunc hic retractare, quùm id ſit traditum ſuprà in claſſe conditorum poſt canonem de radicibus condiendis, in appendice de ſyrupo ſimplici, ſiue de ſyrupo ſimpliciter & abſolutè ſcripto.

CANON SECVNDVS, DE QVANtitate mellis aut ſacchari.

Aromatum quantitas melli ſaccharoue inſpergẽda, plærunq; in ipſa compoſitione expreſſa eſt: quod ſi expreſſa non ſit, & ſimpliciter ſit additũ, mellis aut ſacchari q. ſ. id eſt, quantum ſufficit, uel quantum ſatis eſt, tunc placebit nobis, ut cum Valerio Cordo triplum mellis aut ſyrupi recipiamus, niſi medico ſecus uideatur. Nam de quantitate uariant autores. Alij ſiquidem triplum, alij quadruplum, imo & ſexcuplum mellis aut ſacchari, ſpeciebus admiſcent. Valerius Cordus ubique triplum accipit, hoc eſt, libræ uni medicinali mellis aut ſyrupi inſpergit & admiſcet ſpecierum ſiue aromatum uncias quaternas: Alij ferè omnes quadruplum, hoc eſt, ad libram unam medicinalẽ admiſcent ſpecierum uncias ternas.

Imo alij, ut Florentini palato indulgentes, ad reddendum electuaria guſtu iucundiora, ſexcuplum, hoc eſt, ad libram unam ſyrupi ſimplicis addunt uncias duas ſpecierum. Valerij Cordi ergo confectiones

ctiones ſunt ualidiores, aliorum uerò gratiores quidem palato, at minus efficaces. Quare hic (ut in alijs omnibus ambiguis) medicos farmacopœi in conſilium adhibeant, & nihil pro arbitrio ſuo faciant: ita enim tum conſcientiæ ſuæ conſulent, tum reprehenſionum occaſiones euitabunt.

CANON TERTIVS, DE TEMPORE INSPERGENDI SPECIES.

Syrupus mellis uel ſacchari aut in promptu eſt, aut iam primum, cùm uſus poſtulat, coquitur. Si recens coctus eſt, non imponantur pulueres aromatum prius, quàm mediocriter refrixerit, impoſiti exactè piſtillo miſceantur.

CANON QVARTVS, DE QUALITATE PRÆSENTI SIVE ACTUALI SYRUPI.

In omnibus antidotis mollibus præſtat accipere calidum quàm frigidum ſyrupum. Ita enim facilius fermentabit maſſa.

CANON QVINTVS, DE MODO IMPLENDI VASA.

Vaſa, in quibus antidoti continentur, non debent ad ſummum uſque repleri, ne dum feruent, exundent, ac diffluant.

CANON SEXTVS, DE NOTIS PROBITATIS.

Notæ

Notæ in omnibus antidotis mollibus uitiosæ mixtionis sunt grumi, bullæ, inæqualis color, lineæ, festucæ, & similia. Diligentem itaq; & exquisitã diligentiam in permiscendo adhiberi oportet, sicuti euidentius docebitur infra in canone bimembri catharticorum electuariorum.

CANON SEPTIMVS, DE modo reponendi.

In reponendis confectionibus mollibus duo caueãtur. primo, ne aut nimis calidè reponantur, aut si diuersum uidetur, (minore siquidem dispendio & molestia calida quàm frigida à uasis separantur, & in alia transferuntur,) relinquatur apertum uas, donec refrigeretur, aut chartâ, cribro instar, stilo pertusâ imponatur.

CANON OCTAVVS, DE VASIS.

Deinde summopere cauere oportet, ne medicamina acetum recipientia in stanneum aut plumbeum uas infundantur, multo minus in æneum: ne corrumpantur, & saporem æruginosum contrahant. Mixta igitur in uase fictili denso utrato uel uitro condantur. Suspectus itaq; habetur usus uulgo receptus, quo stannea uasa accipiuntur.

ENVMERATIO ELEctuariorum liquidorum *siue mollium.*

ANTI-

ANTIDOTVS HAEMAGOGOS Nicolai alexandrini.

R. Lupinorum drachmas duas.

Piperis nigri drachmam unam, scrupulos duos, grana septem.

Glycyrrhizæ scrupulos quatuor.

Aristolochiæ longæ: Artemisiæ: Caßiæ ligneæ ueræ uel cinamomi, myrrhæ, Petroselini macedonici, Pyrethri, seminis rutæ, Spicæ nardi, Pulegij, seminis apij, Xylobalsami, Sabinæ, an. scrupulos duos, & grana quatuordecim.

Radicum centaurij maioris, Dauci cretici, seminis anisi, seminis nigellæ, Boracis factitij, seminis magistrantiæ: Caryophyllorum, an. scupulos duos.

Schœnanthi scrupulum unum, grana tredecim.

Foliorum lauri, drachmam mediam, & grana tria.

Radicum azari, Acori, Amomi, Seminum atriplicis, Fœniculi, Florum centaurij minoris, Seminum pæoniæ, an. scrupulum unum, grana sex.

Helenij, Orobi, Cyperi, Radicis capparum, Cymini, Zingiberis, an. scrupulum unum.

Mellis q. s.

DIACORVM MESVAE.

R. Radicum secacul, id est, Siseris, Acori ueri, Pinearum mundatarum, an. sesquilibram.

Primo radices secacul ablutæ elixentur in aqua clara, donec aqua quodammodo consumatur: Postea

optimè piſtillo ligneo tundantur, & in minutiſſimas partes conterantur, ut lignoſum nihil ſuperſit, donec pulti ſimiles fiant. Deinde affunde eis mellis odorati & optimè deſpumati libras decem: Coquantur lento igne, donec tota aqua, quam radices ſecacul imbiberunt, in uaporem reſoluta ſit: diligenter agitando aſſidueq; mouendo, ne ad uaſis fundum adurãtur radices. Cùm autem iuſtæ ſpiſſitudinis conſiſtentiam acquiſierit totum decoctũ, ab igne deponito, & adde pineas cultro ſuterio minutiſſimè mciſas. Sed quod ad acori radices attinet, debebant quidem illæ unà cum ſecacul ſiue ſiſeris radicibus coqui elixariue: ſed quia id modo fieri nequit, quando iam cum doctioribus uerum acorũ, id eſt, galangam maiorem requirimus, quæ recens nobis non adfertur, imo nec conditus uerus acorus dum adportatur, unde elixari cum ſiſere nequit, quare neceſſarium erit eam in tenuiſſimũ pollinem ceu puluerem contritam inſpergere, ſed certè nõ eo põdere, quod à Meſue ad elixandũ præſcribitur: alioquin craſsius duriusue fiet corpus, q̃ electuario molli conueniat: Satius itaque fuerit acori ueri quàm tenuiſſimè triti & puluerisati uncias quatuor plus minus inſpergere cum ſequentibus aromatis, uidelicet, Piperis unciam unam.

Piperis longi: Caryofyllorum: Zingiberis, Macis, an. drachmas quatuor.

Nucis moſchatæ: Galangæ: Cardamomi, an. drachmas

chmas tres.

Omnia iſta ſimul cum melle & radicibus ſecacul miſceto, & unito, diligenter agitando, ne grumi aliqui relinquantur iuxta canonem ſextum modò adſignatum.

DIAIREOS NICOLAI Alexandrini.

R. *Viridis florentinæ odore perquàm grato uncian unam.*

Pulegij: Hyſſopi ſiccæ: Glycyrrhizæ, an. drac. ſex.

Dragacanthi: Amygdalarum amararum mundatarum: Pinearum: Cinamomi: Zingiberis: Piperis, an. drachmas tres.

Caricarum: Carnium dactylorum: Vuarum paſſarum enucleatarum, an. drach. tres & mediam.

Styracis calamitæ drachmas duas & ſcrupulũ unũ.

Melli q. ſ. Ex noſtris tamen farmacopœis nõnulli etiam in puluere aſſeruant, conſciſis quàm minutiſſimè cultro ſutorio fructibus.

DIAPAPAVER *eſt loch de papauere, de quo ſuprà in claſſe* LOCH.

DIASATYRION VSVALE Magiſtrale.

R. *Radicum ſatyrionum uncias tres.*

Carnium dactylorum: Amygdalarum dulcium: Pinearum: Piſtaciorũ: Radicũ eryngij conditarũ: Nucis indicæ: Zingiberis conditi, an. unc. unã.

Vini maluatici, uncias tres.
Cinamomi: Croci, an. ſemunciam.
Zingiberis, Caryofyllorum, Galangæ, Piperis longi, Piperis nigri, an. drachmas tres.
Nucis moſchatæ, Macis, Granorum paradyſi, anà drachmas duas.
Linguæ auis, id eſt, ſeminis fraxini, Caudarum ſcynci, Boracis factitij, Aſæ dulcis, an. drachmas tres.
Ligni aloës, Cardamomi, an. drachmas duas.
Been albi & rubri, an. drachmam unam & mediã.
Ambræ ſcrupulum unum.
Muſchi, ſcrupulos duos.
Penidiarum uncias quatuor.
Syrupi conſeruationis zingiberis libras duas & ſemiß.
Fiat electuarium ſecundum artem.

ELECTVARIVM DE BACCIS lauri Rhazæ.

Paratur ex ijſdem ſpecibus quas ſupra ſub eodem titulo inter ſpecies aromaticas electuariorũ ſolidorum enumerauimus R. 5. niſi quòd melle uniri debeant, non quidem triplo (ut in pleriſq; alijs electuarijs mollibus) ſed pari pondere cum mole tota ſpecierum.

ELECTVARIVM RESVMPTIVVM ex Nicolao Præpoſito.

R. Roſa-

R. Roſarum, Glycyrrhizæ, Zuccaræ, an. drachmas duas, grana quinque.

Gummi arabici, Tragacanthæ, an. drachmas duas, ſcrupulos duos.

Santali albi, ſantali rubri, an. drachmam unam, ſcrupulum unum.

Papaueris albi, ſucci glycyrrhizæ, Amyli, ſeminis portulacæ, ſeminis lactucæ, ſeminis ſcariolæ, an. drachmas tres.

Caryophyllorum, Spodij uel Eboris uſti, Cinamomi an. drachmam unam.

Zingiberis, Styracis calamitæ, an. drachmas duas.

Croci grana quinque.

Penidiorum ſemunciam.

Nucleorum ſeminum cucurbitæ, citrulli, cucumeris, melonis, an. drachmas tres.

Seminis cydoniorum ſcrupulos duos.

Amygdalarum dulcium, Pineorum nucleorum, Berberis, ſeminis maluæ, ſeminis coti ſiue bōbacis, ſeminis uiolarum, Sebeſten pulpæ, anā drachmas duas.

Cum ſyrupo uiolato incorporentur omnia, & fiat electuarium debita conſiſtentia.

THERIACA DIATESSARON Meſuæ.

R. Radicum gentianæ, Baccarum lauri, Myrrhæ, Ariſtolochiæ rotundæ radicis ſcilicet, an. uncias duas.

Mellis despumati optimi uncias uiginti quatuor. Misc.

TRYPHERA MINOR PHERonis prior Mesuæ.

R. myrobalanorũ chebulorũ
bellitricorum
Indorum
Emblicorũ
Nucis muschatæ. } aná drachmas quinque.

Seminis Nasturtij: Radicum azari: Origani persici, uel dictamni Cretici ueri: Piperis nigri: Olibani: Ammios: Zingiberis: Fructus tamariſci ſatiuæ: Nardi indicæ: Schœnanthi, Radicũ cyperi, an. drachmas quatuor.

Limaturæ chalybis præparatæ eo quo ſequitur modo uncias duas & ſemiß.

PRAEPARATIO LIMATVræ chalybis.

Paratur autem ſic: Limaturæ ab omnibus immundicijs elota, manibusq; fricando expurgata, nutriatur uitreo uaſo per quinq; dies in aceto uini fortißimo, omni die mutando acetum: Deinde proijciatur ſuper ferream laminam ignitam, & torreſiat: Poſt puluerizetur ſubtiliter. Myrobalani uerò cum butyro recenti non ſalito aſſentur modicum, cauendo tamen, ne comburantur: Reliqua puluerizata oleo amygdalarum dulcium q. ſ. inuoluantur, deinde addantur moſchi drachma una.

Mellis

Mellis despumati triplex pondus, & fiat electuarium debita consistentia.

DE ELECTVARIIS VERE OPIATIS.

Iam paulo antè monuimus opiata proprè dicta esse præstantiora quædam antidota narcotica, id est, stupefactiua, ab opio, quod ingreditur compositionem eorũ, dicta: in quibus singulari studio obseruandi sunt omnes canones, tũ generales, tum speciales præscripti de electuarijs liquidis siue mollibus: obseruando insuper speciatim etiam hosce sequentes.

CANON PRIMVS.

Opiata non minorẽ quàm cathartica in miscẽdo diligentiam requirunt, huc igitur conferantur quæ paulo post de catharticis adsignaturi sumus.

Reponuntur cõmuniter in uase stanneo, (cùm satius foret fictili denso uitrato uel uitro denso ea reponi, iuxta canonem octauum electuariorum mollium.) loco temperato declinãte ad siccitatem, sicut & reliqua.

Operculi itẽ cauo inscribatur tẽpus mixtionis, iuxta canonẽ tertiũ uniuersalẽ electuariorum, qui canon omnium maximè in opiatis teneri debet: quia eorũ efficacia & facultatũ diuersitas ualde p ætate uariãt.

SECVNDVS.

Antidoti opiatæ maximè, principio ponãtur in locum calidiorem propter fermentationem: Post fermentationem iterum rudiculâ probè miſceantur: Deinde reponantur in loco ſicco temperato, uti modò dictum eſt.

Hæc quidem regula omnium antidotorum ſiue electuariorũ molliũ communis eſt, ſingulariter tamẽ obſeruari debet in opiatis pariter & catharticis.

ENVMERATIO ELEctuariorum opiatorum.

ATHANASIA MAIOR Serapionis.

℞. croci, Myrrhæ, Opij, Caſtorei, Seminis iuſquiami albi, coſti, cordumeni, Seminis papaueris nigri ſcilicet, Spicæ nardi, Eupatorij, Hepatis adip, id eſt, lupi, Cornu dextri capræ uel (ut alij legũt) cerui, an. partes æquales. Terenda terantur, & alia in uino liquefiant, Excipe omnia melle deſpumato, & poſt ſex menſes utere cum uino dulci & grato, aut cum ſapa & ſucco intybi & apij.

MITHRIDATIVM DAMOCRATIS.

℞. Myrrhæ optimæ, croci, Agarici, Zingiberis, Cinamomi, Spicæ nardi, Thuris, ſeminũ thlaſpeos, an. drachmas decem.

Seſeleos uel ſileris montani, Opobalſami, uel olei myrrhæ,

myrrhæ, uel olei caryofyllorum, Schœnuanthus, Stœchados, coſti, Terebinthinæ, uel reſinæ laricineæ, aut abietinæ, Piperis longi, caſtorei, Galbani, Succi hypociſtidos, Styracis calamitæ, Opopanacis, Macis, an. drach. octo.

Caßiæ ligneæ uerę, Polij montani, Piperis albi, ſcordij, ſeminum dauci cretici uel radicũ pimpinellæ, cubebarum, Trochiſcorum cypheos, Bdellij, an. drachmas ſeptem.

Nardi celticæ, Gummi arabici, Petroſelini, Opij, cardamomi, ſeminis fœniculi, Gentianæ, Foliorum roſarum, Dictamni cretici, an. drachmas quinque ponderis boni.

Aniſi, azari, acori ueri, uel calami aromatici, ſagapeni, Phu, an. drachmas tres.

Mei athamantici, uel berwurtz: acaciæ, uentris ſcynci, ſeminum hyperici, an. drachmas duas & ſemiß.

Vini optimi, & mellis hiſpanici deſpumati, anã q. ſ. ut commodè omnia concinnari poßint.

Ita quidem ſe habet ordo huius compoſitionis quoad gradationem ponderũ: ſed quoad diſpẽſationem præparandorum ſimplicium, hanc compoſitionem ingredientium, tunc ita fiat. Contundantur contundenda quælibet per ſe, (quod certè ubiq; ſatius eſſet, ut certo cognoſcatur, an poſt tuſionem ſeu triturã legittimum retineatur pondus in compoſitione præſcriptum,) aut aliqua ſi-

mul, quæ unà contundi poſſunt. Nam quæ cõtumacis contuſionis ſunt, præſtat, ut ea per ſe tundãtur, ne ſi cum alijs facilis contuſionis permixta ſint, ea euaneſcant. Tali itaq; ordine contundenda ſunt.

Cardamomũ, Caßia lignea, Crocus, Zingiber, Cinamomũ, Macis. Piplongũ, Pipalbũ, Cubebæ, Schœnuãthos, Roſæ, Spica Acorus, Caſtorium, (nardi, ſimul contundantur, & cribrentur ſubtiliſſimè.

Poliũ, Scordiũ, Fructus hyperici, Dictamnus, Azarũ, Phu, Stœchas, Seſeli, Aniſũ, Fœniculũ, Radix pipinellæ, Magiſtrãtiæ, Gẽtianæ, Mei athamãtici, Scynci, Nardus celtica. hæc ſimul contundantur, & per cribrum tenue excernantur.

Thlaſpi per ſe teratur, & ſi per cribrũ ſetaceũ excerni nequeat, addatur pauxillum uini optimi.

Hypociſthis teratur per ſe, & uino optimo diſ

Opiũ p ſe uino diſſoluatur. (ſoluatur.

Agaricus contundatur per ſe parum madefactus uino.

Styrax calamita, Myrrha, Bdellium, Terebinthina contundantur cum uino ad mellis craßitiẽ.

Galbanum per ſe diſſoluatur.

Opopanax itidem.

Gummi arabicum per ſe teratur.

Acacia uino ſoluatur.

Gummi impuri colentur per pannum lineum, & quam

& quantum fæcis remanet, tantum rursus boni gummi ac puri addatur.

Liquanda liquentur in duplici uase, & gummi colata melle despumato misceantur, & coquantur ad uini consumptionem uel ad iustam spissitudinẽ.

Mel eligatur hispanicum, pallidum, odoratissimum, substantia nec crassum, nec grumosum, nec impensè liquidum, sicq; totum sibi unitum & lentum, uisci modo longissimè seruans continuitatẽ. Sumi autem debet ad singulas quaternas uncias speciarum, mellis libra una: hoc est, mellis ad totam hanc compositionem libræ nouem & semiß. atq; unciæ tres.

Vinum sumendum est generosum, uetus, quod tamen non amarescat ob senium. Hoc uino soluantur gummi, & despumetur mel.

Cùm mel cum gummis percoctum est, infunde parum in mortarium marmoreum, & parum ex pulueribus misceto pistillo ligneo, sicq; infundendo tum mel tum pulueres, quousq; bene commixta sint: Postea moueto pistillo per horam: Deinde infunde in uas uitreatum densum. Cauendum iuxta canonem præscriptũ, ne uas sit plenum, ut habeat liberam respirationem ac fermentationem: & singulis ad summum quaternis diebus moueatur fortissimè ad spacium mensis ut minimum unius: Et exponatur per menses quatuor soli, singulis mensibus quater mouendo.

Cauen-

Caueatur, ne aëri nocturno aut humido expo ſita relinquatur. Atque hinc norma petatur plæ rorunq; fere omnium electuariorum mollium parandorum, quemadmodum & in theriaca (Deo uolente) rememorabimus.

PHILONIVM PERSICVM D. Meſuæ.

℞. Papaueris albi, Hyoſcyami albi anà drachmas uiginti.
Opij, Terræ ſigillatæ, pro qua boli armeni ueri, an. drachmas decem.
Lapidis hæmatitæ optimè præparati, croci, anà drachmas quinque.
Caſtorij, ſpicæ indicæ, Euphorbij, Margaritarum non perforatarum, carabæ, Zeduariæ, Doronici, Trochiſcorum ramich, an. drach. unam.
Camphoræ, ſcrupulum unum.
Mellis roſati optimi triplum, miſce.

PHILONIVM ROMANVM Auicennæ.

℞. Piperis albi, Hyoſcyami albi an. aureos uigin.
Opij, aureos decem.
Croci aureos quinque.
Spicæ nardi, Pyrethri, Euphorbij, an. aureũ unũ.
Caſtorei, Zeduariæ, Doronici, Margaritarum nõ perforatarum, an. drachmam unam.
Mellis deſpumati quadruplum, miſce, & tritis te-

rendis

rendis fiat electuarium.

REQVIES NICOLAI MYREPSI.

R. Roſarum, Violarum, an. drachmas tres.
Opij, Hyoſcyami, Papaueris albi, Radicis mandragoræ, Nucis moſchatæ, ſeminum ſcariolæ, ſeminum lactucæ, ſeminum portulacæ, ſeminum pſylij, Cinamomi, Zingiberis, ſacchari candi, an. drachmam unam & mediam.
Sandali albi, ſantali rubri, ſpodij, Tragacanthæ, an. ſcrupulos duos, grana quinque.
Mellis exſpumati uncias octo & ſemiß. Miſce.
Diſſoluatur opium uino optimo, ſpodium per ſe teratur, & miſceantur demum omnia.

THERIACA ANDROMACHI IVnioris dicta Galene. γαλην.

R. Trochiſcorum ſcylliticorum drachmas quadraginta octo.
Trochiſcorum ex uiperis, Magmatis hedyebroi ſicci, Piperis longi, Opij Thebaici, an. unc. tres.
Foliorum roſarum ſiccarũ præfectis unguibus, ſcordij cretici, ſeminis napi, uel buniadis agreſtis, uel ſinapi, Radicum iridis Illyricæ, agarici pontici, cinamomi, ſucci glycyrrhizæ, Olei nucis moſchatæ per alembicum diſtillati non uero expreßi, an. ſeſquunciam.
Myrrhæ, croci, Zingiberis, Rheupontici, Radicũ pentaphylli, Nepetæ ſiccæ, uel calamintha montã

montanæ: Marrubij: Seminũ petroſelini: Stœchados, Radicum coſti albi, uel zedoariæ, Piperis nigri, Piperis albi, Dictamini cretici, Schœnuanthous, Thuris maſculi, Terebinthinæ, Caſiæ ligneæ ueræ, Spicæ nardi, an. drach. ſex.

Comarum polij Cretenſis, Seſeleos, Styracis calamitæ, Seminis thlaſpios, Ameos, Comarum chamædryos, Comarum chamæpithyos, Succi hypociſtidis, Macis, Nardi gallicæ, id eſt, ſpicæ Romanæ, Gentianæ, Aniſi, Radicum meu athamantici der wurtz: Fœniculi, Terræ Lemniæ, uel boli orientalis ueri: Chalcitidis toſtæ, uel uitrioli albi uſti: Amomi, uel calami aromatici, Radicis phu, Cubebarum, Seminũ hyperici, Acaciæ, Gummi arabici, Cardamomi, an. drachmas quatuor.

Seminum dauci uſualis, Galbani, Sagapeni, Opopanacis, Bituminis iudaici, Caſtorei, Florum centaurij minoris, Ariſtolochiæ tenuis ſiccatæ, an. drachmas duas.

Vini pro diſſoluendis gummis libras tres, uncias quatuor.

Mellis hiſpanici deſpumati libras decem.

Si quis autem ad amußim parare (ſicuti decet) uelit, hunc oportebit ſingula ſimplicia concinniore ordine digerere, riteq; præparare tundendo, cribrando, liquando, quædam coiunctim, quædã diuiſim, quod quidem difficile non foret, ſi quis collimet

limet in ordinē qui ſupra ſeruatus fuit in Mitridatio Damocratis. Sed id diligenter præſtitit Val. Cordus, ergo eum hic uide.

Porro cùm exoticæ theriacæ admodum dubiæ & ſuſpectæ ſint, (neſcitur enim à quo, quomodo, quando, & ex quibus materijs componantur) cōſultum eſt, ut quiſq; farmacopœus ipſe theriacam & ſimilia quàm poteſt diligentiſſimè componat. Non autem ita difficilis componendi ratio eſt, ut quidam putant, ſi quis generalia de componendis medicaminibus præcepta nouit. Hoc tantum agēdum eſt, ut optima quæque ad tam præſtantē antidotum ſeligantur. Quæ teri poſſunt, terantur, uel per ſe, uel cum cognatis: Reliqua uino diſſoluantur, & probè exprimantur: deinde paulatim aſſiduè agitando miſceantur: Poſtremo reponatur loco tepido & ſicco, in uaſe idoneo ſatis magno, ne fermentando diffluat: Vbi ſatis fermentauit, in loco frigido & ſicco ponatur.

Sed ne longius quis abeat, iuuabit diſpenſandi ſingulorum ordinem ex Valerio Cordo huc transferre, qui ita habet: R. piper nigrum, Piper albū, Piper longū, Iridem Illyricam, Zingiber, Coſtum, Amomū (aut eius Succedaneum) Acorum, Cardamomū, Carpobalſamum, Incidēda minutim concidito & in minutiſſimū pulucrem conterito, & per anguſtiſſimum cribrū excernito, poſtea in ſcatula diligēter ne expireſ

obſtructa

obſtructa reponito, donec reliquis admiſceas.

Poſthac

R. Radicis Quinq; folij. Gencianam, Meon (aut eius Succedaneum) Phu, Dauci, Cretici radicē (aut eius Succedaneū) Ariſtolochiæ tenuis radicē, Roſas, Trochiſcos ſcyllaticos, Scordiū, Trochiſcos de uipera, Calaminthē montanā, Marrubij comas, Stœchadis comas, Dictamū creticā, Schœnāthū, Polij mōtani minoris comas, Abrotonū, Chamædryos comas, Chamæpityos comas, Nardū celticā, Hyperici comas, Centaurij minoris comas atq;, Caſtoriū, & ſemina omnia.

Concidito omnia minutim, teritoq; in tenuiſſimum puluerem, & per anguſtiſſimum cribrum excutito, Excuſſum puluerem prædicto quem reposuiſti adijcito, diuq; donec perfecte commixti ſint in mortario terito, adhibita diligenti cura, ne quid inter tundendum excernendumq; pereat, aut temere ponderi decedat, mox è mortario exemptū puluerem iterum ne expiret reponito, uſquequo omnia conficiantur. Interea.

R. Agarici optimi albiſſimi, atque in longa rectaq; capillamenta fiſſilis, fruſtra electa, ab hijs Scobina deradito ʒ ij. Sed quia non facile per ſe tunditur, neq; etiam cum alijs, propterea quod in pulu erem uolatilē reſolutus euaneſcit, ita ut multum ponderi eius decedat, ideo ad Scobem Agarici prædictam infunde optimum uinum & fac Trochiſcos

chiſcos minutos in tepida umbra exiccandos, exiccatos minutiſſime contundito atque per cribrum excernito anguſtiſſimum, excreti deinde Agarici capc pondus quod requirit compoſitio. uidelicet ʒ xij. & prædicto pulueri ſumma diligentia commiſceto, quo facto.

R. Opium, Succum glycyrrhizæ, Myrrham, Acaciam, Gummi, Hypociſthida.

Concidito omnia in minutas partes, & mixtis ſuperinfundito uini optimi quantum diſſoluendis atque eliquandis ſuccis ſatis fore conieceris: exprimito: poſtea per rarum colum liquefactam & modice calefactam pulticulam colato, ita ut nihil præter ſordes in colo remaneat. Quòd ſi ſucci & liquores iſti ſordidi & ſurculis foliiſq; pleni fuerint, ponderi eorum aliquid addendum eſſe facile æſtimare quis poteſt, quod in ſequentibus denſatis liquoribus etiam obſeruandum eſt.

R. Galbanum

Opopanacum & Sagapenum, *hæc affuſo optimo uino modeſtè ſupra prunas diſſoluantur, & per rarum linteum fortiter exprimantur, his diſſolutis.*

R. Thus maſculum

Bitumen Iudaicum, *terātur quàm minutiſſime poterint, addendo* Terebinthinam & *ſinceriſſimā aut ex ſcobe ac ſordibus expreſſam* Styracem, *diſſoluantur lento admodum igne cum mellis deſpumati ſufficienti copia, & ita calidam pulticulam*

poſtea cum reliquis calentibus miſceto, & diligẽter agitato, ne rurſus in grumos concreſcant thus & bitumen, ubi refrixerint, quapropter aliquid de contuſorum puluere eſt admiſcendum. Quòd ſi hoc modo diſſoluere & miſcere diffidas, bitumen & thus una cum reliquis aridis tundito, & tãtum Styracem atque Terebinthinam diſſoluito, atque melli deſpumato calenti admiſceto. hijs factis.

℞. Cinnamomum, Malobathrum (aut eius ſuccedanum) Caßiam ueram, Trochiſcos hedychroi, Spicam nardi Indicam, & ſimul tundito in tenuißimum puluerem, poſtea

℞. Crocum, Rheon ſiue Rhaponticum, id eſt, quod hodie Rhabarbarũ uocatur, & unũ quodq; ſeorſim tundito, deinde miſceto trochiſcorum Hedychroi, Cinnamomi, Caſiæ, Spicæ nardi, Croci, & Rhei Pontici pulueres diligentißime, poſtea

℞. Mellis optimi & aromatici, quale è Lithuania Dantiſcum affertur, deſpumetur ſedulo, deſpumati poſtremo mellis ſume li. xiiij. uncias ſex ex eo modicũ infunde in amplũ ahenũ ex aurichalco factũ, & inſperge paulatim commiſtos paulo ante trochiſcorum Hedychroi, Cinnamomi, Caſiæ, Spicæ, Croci & Rheipontici pulueres, alternis uicibus, mel deſpumatum tepidum, atque pulueres injiciendo, quæ diligentißime interim piſtillo ligneo agitanda ſunt. cum hæc optime fuerint commixta & floridum puniceumq; colorem cõtraxerint, in-

ijcito

ijcito Lemniam terram antea ſubtiliſſime per ſe, deinde cum uino tritam, & unà etiam Chalcitida aſſatam, quam hoc modo aſſabis, Accipe puriſſimæ Chalcitidis circiter uncias tres eã in fictile nõ ita p fundũ iniectam, ſupra prunas ponito, donec liquefiat & bulliat, deinde ab igne auferto, & abijcito id quod in ſupficie durũ eſt atq; ruffeſcit, & ex medio eius ſume uncias quatuor & cũ uino tritã atq; diſſolutam medicamento admiſce. Poſtea paulatim etiam infundito tepefactos liquores & ſuccos quos antea in uino diſſoluiſti, alternis uicibus, ſuccos, mel & reliquos pulueres quos primo contriuiſti inijciens, ſimul etiam admiſce Styracẽ Terebinthinamq; & opobalſamum, ita ut omnia exactiſſime admiſceantur, atq; ſigulatim mel & pulueres commiſce, donec uniuerſa unita & in unam ſubſtantiam redacta ſint, aſſidue agitando, ne grumi aliqui relinquantur, aut nodi. Poſtquam uerũ optime totam confectionem miſcueris, indito in uas ex denſa materia factum, uidelicet ex plumbo albo, quod hodie ſtannum appellant, oportet uero ut tertia aut quarta pars uaſis relinquatur uacua, ut efferueſcens medicamentum attollere ſe queat nec effluat. Reponendum autem eſt hoc medicamentum donec ferueſcat in tepido & ſicco loco, poſtquam uero ſubſederit, in frigido & ſicco loco conſeruandum erit. Porrò ego hac ratione præparaui Theriacen, alij uerò paulo aliter conficiunt.

Sed omnium peßimè faciunt, qui ſuccos & liquores & reliqua omnia ſimul tundunt. & poſtea tuſum puluerem impuro melli incoquunt. Animaduertendum etiam eſt, ne uini pluſquam opus ſit liquoribus & ſuccis diſſoluendis adfundatur. Nam ſi ultra modum uinum ſuccis addatur, ſitum contrahet Theriaca, propterea etiã nõ cõſueui Caſiam & Crocum & Cinnamomũ uino permiſcere, ſed mel. nam aquoſius eſt uinum noſtrate. quod intelligentes quidam ex recentioribus, qui de compoſitis medicamentis ſcripſerunt, iubent pro uino accipere coctum muſtũ, hoc eſt ſapam, paſſum aut defrutum, quibus tamen non aſſentior. Nam hæc uina ſunt ſpißiora quàm ut in eis concreti atq; denſati ſucci & liquores diſſolui queant. Nam eius tantum rei gratia uinum Antidoto huic permiſcere ſoliti ſunt ueteres.

TRYPHERA MAGNA Nicolai Præpoſiti.

R. Opij drachmas duas.

Cinamomi, caryofyllorum, Galangæ, ſpicæ indicæ, Zeduariæ, Zingiberis, coſti, Styracis calamitæ, calami aromatici, Radicum cyperi, Iridis Illyricæ, Peucedani, acori ueri, Mandragoræ, Nardi celticæ, Roſarum, Piperis, aniſi, apij, Petroſelini macedonici, Fœniculi, Dauci, Hyo-

ci, Hyoſcyami, cymini, ſeminis ocymi, an. drachmam unam.

Mellis hiſpanici deſpumati triplum, miſce.

ZAZENEA MESVAE.

R. *Caſtorei, Myrrhæ, Opij, Piperis nigri, Piperis longi, Galbani, coſti, Cinamomi, Phu, Meu Dauci, azari, croci, an. ſemunciam.*

Mellis hiſpanici deſpumati triplum, miſce.

DE ELECTVARIIS CATHARTICIS SIVE PVRGANtibus ſolutiuis & laxatiuis.

PRæter communes & generales regulas, ſingulariter etiam obſeruari debet quicqd de electuarijs liquidis pariter & opiatis dictum eſt, commemorando tamen & præcipiendo diligentiam in permiſcendo ea ex quibus cathartica componuntur.

CANON BIMEMBRIS DE PERmixtione, priore quidem membro docetur diligens permixtio ſyrupi ſiue mellis cum ſpeciebus: altero permixtio catharticarum ſpecierum inter ſe mutuò.

Adhibeatur itaq; in his magna & exquisita animaduersio, ut cũcta probè miſceantur: quod ut fiat rectius, primum paululum ſyrupi in pilam lapideam infundendum eſt: Deinde ſpecies adijciendæ, & circumagenda ambo ſimul ligneo piſtillo, donec omnia unum & idem conſiſtẽtia & colore eſſe uideantur: Poſtea per uices affundatur reliquum ſyrupi, & eodẽ modo procedatur. Hæc communis mixtionum regula eſt.

Altera uerò talis. Accipiantur primo ſimplicia cathartica, probè miſceantur, adeo ut iam omnia unum & idem eſſe appareant: deinde ſyrupus miſcetur.

Quando res negligenter miſcentur, ſæpè uſu uenire ſolet, ut ſpecies in una parte quaſi conglobentur, in alia uerò uix ſenſu percipi poſſint: unde ægrotis maximum periculum, farmacopœis uerò & medicis ignominia coniuncta cum mala conſcientia accedit.

ENVMERATIO ELEctuariorum catharticorum.

BENEDICTA LAXATIVA Nicolai Alexandrini in puluere & electuario.

℞. *Turbit electiſſimi; Sacchari candi, an. drachmas decem.*

Da-

Diarydij: Eſulæ: Hermodactylorum: Roſarum, an. drachmas quinq;.

Caryophyllorum: Spicæ nardi: Zingiberis: Croci: Saxifragæ uel pimpinellæ: Piperis longi: Amomi uel calami aromatici: Cardamomi minoris: Seminis petroſelini: Salis gemmej: Radicis galangæ: Macis: Carui: Seminis fœniculi: Seminis aſparagi: Seminis ruſci: Granorum milij ſolis, an. drachmam unam.

Tritis omnibus, fiat puluis, qui per ſe aſſeruetur. Electuarium uerò Benedictæ componatur ex ſpecierum parte una, atq; mellis hiſpanici deſpumati partibus tribus, & miſceantur cuncta bene.

CONFECTIO HAMECH D. MESUÆ prior ſiue maior.

R. Myrobalanorum citrinarum uncias quatuor.

Myrobalanorum chebularum: Indarum: Rhabarbari optimi, an. uncias duas.

Agarici: Colocynthidis: Polypodij quercini recẽtis, an. uncias duas, & drachmas duas.

Abſinthij: Thymi: Senæ, an. unciam unam.

Violarum unciam unam, drachmas ſeptem,

Epithymi uncias duas.

Roſarum: Aniſi: Fœniculi, an. drachmas ſex.

Succi fumiterræ libram unam.

Prunorum dulcium, ungaricorum ſcilicet, numero ſexaginta.

Paſſularum enucleatarum uncias ſex.

Infundantur omnia in ſufficiente quantitate ſeri, in uitrato uaſe anguſti orificij, & obturetur os eius per dies quinq; Deinde bulliant ebullitione una, & colētur. In colatura diſſoluantur pulpæ Caſiæ fiſtulæ, unciæ quatuor.

Pulpæ Thamarindorum mūdatorum unciæ quinquè.

Mannæ, unciæ duæ.

Sacchari optimi libra una & media.

Coquantur ſimul ad mellis ſpiſſitudinem: Poſtremo adde Scammoneæ ſeorſum non ita exactè tritæ unciam unam & mediam.

Myrobalanorum citrinarum: Chebularum: Indarum, an. unciam mediam.

Myrobalanorum Emblicarum: & Belliricarum: Rhabarbari optimi: Seminis fumiterræ, anà drachmas tres.

Aniſi: Spicæ nardi, an. drachmas duas.

Confice ſecundum artem, omnia diligenter permiſcendo.

DIACASSIA CVM MANNA.

R. Prunorum damaſcenorum pulpæ uncias duas.

Florum uiolarum Manipulum unum & medium.

Aquæ fontanæ uncias octodecim.

Bulliant ſecundum artem ad medietatis conſumptionem: In colatura diſſolue pulpæ Caſiæ recenter extractæ uncias ſex.

Pulpæ

Pulpæ Thamarindorum unciam unam.
Mannæ optimæ Calabrinæ uncias duas.
Syrupi uiolati ex multiplici uiolarum infusione uncias quatuor.
Sacchari candi: Sacchari penidij, an. unc. unam.
Sacchari uiolati uncias quatuor.
Confice secundum artem.

DIACASSIA PRAEPARATA usualis.

R. Passularum enucleatarum libram unam.
Foliorum sennæ mundatorum libram mediam.
Polypodij quercini recentis uncias quatuor.
Glycyrrhizæ rasæ succulētæ uncias duas & mediā.
Prunorum damascenorum dulcium pulpæ, uncias quatuor.
Iuiubarum: Sebesten, an. unciam unam.
Ficuū remotis granulis: Dactylorum sine lapillis, an. numero decem.
Seminum anisi: fœniculi: Carthami, an. semunciā.
Seminum communium frigidorum maiorum mūdatorum an. drachmas sex.
Capillorum ueneris: Florum trium cordialiū: Hordei mundi, an. manipulos duos.
Fiat coctura in aquæ pluuialis libris triginta duabus ad libras sedecim:
In colatura dissolue & expurga Cassiæ recenter ex cannis tractæ, ac liberæ à membranis ligneis & granis, libras duas.

Pulpæ thamarindorum pinguium: Sacchari ex ſuc co uiolarum, an. uncias quatuor.
Sacchari rubri libram unam & mediam.
Percoquantur ſimul omnia lentiſſimo igne ad debitam conſiſtentiam.

DIACATHOLICON NICOlai Præpoſiti.

R. Senæ mundatæ: Pulpæ caſſiæ fiſtulæ: pulpæ Thamarindorum pinguium, an. unc. duas.
Rheubarbari: florum uiolarū: Polypody quercini recentis: ſeminis aniſi, an. unc. unam.
Glycyrrhizæ raſæ: Penidiarum: Sacchari candi: Seminum quatuor communium frigidorum maiorum mundatorum à cortice, an. drach. duas
Conterenda conterantur, & ſimul mixta poſt eū infraſcripto ſyrupo conficiantur & miſceātur, ut ſequitur.
R. Polypodij quercini recentis uncias tres.
Seminis fœniculi drachmas ſex.
Coquātur in libris quatuor aquæ ad libras duas & ſemiß: colati decocti recipe q. ſ. ad diſſoluendā caſſiam & thamarindos, ut percribrentur, reliquo de cocti adde Sacchari optimi libras duas, & coque ad ſyrupi conſiſtentiam: Tunc huic refrigerato caſſia & thamarindi addantur, piſtillo ligneo diligenter mouendo: tandem reliqua indantur, & ad iuſtam electuarij formam redigantur.

DIA-

DIAPHOENICVM Mesuæ maius.

R. *dactylorum pinguium enucleatorum, ac triduo aceto infusorum uncias sex, drach. duas*
penidiarum unc. tres, drachmam unam.
Amygdalarum dulcium mundatarum unciam unã, drachmas septem.
Turbith unc. duas, drach. unam & semiß.
Scammoneæ großiusculè tritæ, drach. sex
Zingiberis, piperis longi: foliorum rutæ siccorum: Cinamomi: macis: ligni aloës: anisi: fœniculi: dauci: galangæ an. drac. unã, grana quindecim.
Mellis optimi despumati duplum, id est, semitres libras, & sesquunciam.

DIAPRVNIS SIMPLEX Nicolai Alexandrini & præpositi.

R. *Prunorum damascenorum muzorum, id est, medij saporis, numero centum. Ponantur in uase stãnato uel uitrato, & tantillo aquæ, ut probè cooperiantur: bulliant, donec dissoluantur: Deinde ab igne reponantur: Et quando frigere incipiunt, ab aqua eximantur, & per cribrum fricentur, donec nihil præter ossa & cortices in eo remaneat: Post in aqua, in qua pruna decocta fuerint, ponatur uiolarum unc. una, acrursus parum efferueant, mox expreßis uiolis, appone libras duas sacchari, & ex*

pulpis

pulpis prunorum libram unam, coquẽdo ad ſpiſſitudinem.

His adde pulpæ Thamarindorum

Pulpæ caßiæ fiſtulæ, an. unciam unam

diſſolutarum & colatarum cum exigua parte ſuperioris decocti cum uiolis.

His ita præparatis, & diligenter ſuper ignem mixtis, adde infrà ſcripta arida in pulucrem redacta.

Santalorum alborum & rubrorum: Spodij: rhabarbari: cinamomi, an. drach. tres.

Roſarum: uiolarum: ſeminis portulacæ: ſeminis ſcariolæ: berberorum: ſucci glycyrrhizæ: tragacanthæ, an. drachmas duas.

Seminum quatuor frigidorum maiorum mundatorum, an. drach. unam.

Confice ſecundum artẽ, bene permiſcendo omnia.

DIAPRVNIS LAXATIVVM.

R. Diaprunis ſimplicis libram unam.

Diagrydij optimi drach. ſeptem.

Miſce diligentiſſimè ac repone.

ELECTVARIVM INDVM MINVS

Meſuæ in forma electuarij mollis, & pulueris, & tabellati.

R. Turbith optimi: Sacchari, an. drach. centũ.

Macis: Caryophyllorum: Piperis: Zingiberis: Cinnamomi optimi: Cardamomi maioris: Nucis muſchatæ,

muſchatæ, anà drachmas ſeptem.
Diagrydij drachmas duodecim.
Fiat omnium puluis.

Si uerò tabellatum ex eodem facere uoles, tunc
R. *pulueris præſcripti drachmam unam.*
Sacchari drachmas ſex, &c. Et erit loco diaturbit.

Vbi uerò electuarium Indi minoris conficere uoles, tunc recipe pulueres prædictos omnes.
Mellis optimi deſpumati duplum pondus ad ſpecies (excepto zaccharo) puta mellis libras tres, uncias quatuor, & drachmas duas. Miſce, &c.

ELECTVARIVM ROSATVM Meſ.

R. *Succi roſarum rubearum perfectarum libras quatuor.*
Sacchari taberzet, id eſt, albi librã unã & mediã.
Mannæ puræ & recentis uncias ſex.
Scammoneæ Antiochenæ unciam unam & ſemiſ.
Coquantur omnia ad ignem molliuſculum, donec mellis acquirant ſpiſſitudinem: deinde inſpergendo admiſce trociſcorum de berberis priore loco apud Meſuen deſcriptorum, ſemunciam.
Trociſcorum de ſpodio itidẽ priore loco apud eũdem deſcriptorum, unciam unam.
Galliæ moſchatæ ueræ: Croci, an. drach. duas.
Reponantur omnia diligenter permixta in uaſe uitrato.

ELE-

ELECTVARIVM E SVCCO ROsarũ Nicolai Alexandrini & Præpositi in forma ſolida & liquida.

R. Succi roſarum rubearum perfectarum: Saccha ri albiſſimi, an. libram unam, uncias quatuor.
Santalorum alborum, rubeorum, citrinorum, anà drachmas ſex.
Spodij drachmas tres.
Diagrydij unciam unam, & ſemiß.
Camphoræ ſcrupulum unum.
Succus roſarum cum ſaccharo ad ſyrupi conſiſtentiam coquatur: deinde additis reliquis lento igne inſpiſſentur, & bene permiſceãtur omnia electuarij partim liquidi partim tabellati forma.

ELECTVARIVM EX PSYLLIO cholagogum D. Meſuæ.

R. Succi bugloſſæ domeſticæ: Succi bugloſſæ ſylueſtis: Succi endiuiæ: Succi apij, horum quatuor inquam ſuccorum coctorum & deſpumatorũ per laneum colum, an. libras duas.
In hiſce quatuor ſuccis adhuc calidis immacerẽtur.
Cuſcutæ: Aniſi: Foliorum Senæ, an. uncia media.
Capillorum ueneris manipulus unus.
Succi fumiterræ recenter expreßi, non cocti, nec deſpumati, unciæ tres.
Radicum azari drachmæ quatuor.

Spi-

Spicæ nardi Indicæ drachmæ duæ.
Poſt unius diei macerationem ſimul efferueant, mox iniice Violarum uncias duas.
Adhuc pauliſper bulliant, & poſt colentur: Colaturæ iniice pſyllij ſeminis integri uncias tres: Macerentur uiginti quatuor horis, frequenter ſpatula mouendo, ut mucilago pſyllij optimè in decoctũ aſſumatur: Deinde recipe huius decocti ex pſyllio mucilaginoſi libras quatuor.
Sacchari albiſſimi deſpumati lib. duas & ſemiß.
Diagrydij, uncias tres & ſemiß.
Coquantur lento igne, & continuò moueantur, addendo Trociſcorum diarhodon primo loco apud Meſuen deſcriptorum: Trochiſcorũ de ſpodio priore loco ibidem deſcriptorum: Trochiſcorũ de rhabarbaro, an. unciam unam.
Trochiſcorum de berberis unc. mediam.
Miſce omnia ad formam electuarij.

HIERA GALENI EX SEX REBVS (ſcilicet præter aloën) in pulueris & electuarij forma.

R. aloês non lotæ drach. centum,
Cinamomi: Cubebarum: Azari:: Spicæ nardi: croci: Maſtiches, an. drachmas ſex.
Mellis deſpumati duplum: Miſce pro electuario.
Item ſeruentur pulueres per ſe abſq; melle.

HIE-

HIERA COLOCYNTHIDIS

quam Galeno aſcribit Aëtius libro tertio capite centeſimo decimo tertio apud Cornarium: centeſimo uerò decimo ſeptimo apud Iohannem Baptiſtam Montanum.

Parabitur autem ſecundum Aëtium Cornarij, & quidem tertia eius pars.

R. Pulpæ Colocynthidos drach. quinquè.
Scyllæ aſſatæ: Agarici: Ammoniaci thymiamatis: Scammoneæ: Corticum hellebori nigri: Stœchados: Florum hyperici: Polypodij ſicci: Bdellij: Aloës: Chamædryos: Marrubij: Caßiæ, an. drach. quatuor.
Epithymi: Euphorbij, an. drach. duas.
Myrrhæ troglodytidos: Sagapeni: Croci: Ariſtolochiæ longæ: Piperis longi: nigri: albi: Cinamomi: Opopanacis: Caſtorei: Petroſelini, an. drachmam unam.
Tritis omnibus diligentißimè, & commixtis fiat puluis. Squilla tamen (ſi in pulueris forma aſſeruẽ dum ſit) omittatur propter contumaciam pulueriſationis.

Pro formando autem electuario recipe pulueris præſcripti libram mediam.

Mellis optimi deſpumati libram unam. Miſce &c.

SEQVVN-

SEQVVNTVR NVNC pulueres Cathartici ſiue Laxatiui.

PVLVIS BENEDICTÆ LAXATIVÆ. *Suprà.*

PVLVIS HIERÆPICRÆ GALENI. *Suprà.*

PVLVIS HIERÆ COLOCYNTHIDOS. *Suprà.*

PVLVIS INDI MINORIS MESVÆ. *Suprà.*

PVLVIS PASSAVANT CVM RHABARBARO VSVALIS.

R. Florum uiolarum: Boraginis, an. ſcrup. duos.
Zingiberis: Spicæ nardi, an. drachmam unam.
Liquiritiæ: Aniſi, an. drachmas duas.
Diagrydij drachmas tres.
Rheubarbari electiſſimi drachmas ſex.
Turbith gummoſi unciam unam.
Senæ Alexandrinæ uncias duas.
Miſce, fiat puluis.

PVLVIS SENAE SOLITIVVS D. Braſauolæ.

R. Senæ mũdatæ: Tartari uini albi, an. unc. duas.
Caryophyllorum: Cinamomi: Galangæ: Amyli: an. drachmas duas.
Diagrydij optimi drach. tres. Miſce, fiat puluis.

PVLVIS TROCHISCORVM DE Violis D. Meſuæ.

R. *Florum uiolarum mediorum in exiccatione & humectatione drachmas ſex.*
Turbit gummoſi albiſſimi ſemunciam.
Succi liquiritiæ: Mannæ granatæ, an. drach. duas.
Diagrydij optimi, itidem drachmas duas.
Miſce, fiat puluis.

DE PILLVLIS.

PIllulæ ceu pilulæ à figura paruæ pilæ dicũtur, & græcis καταπότια uocãtur, ut ſemel, id eſt, nõ maſticata deuorẽtur ſeu potius deglutiãtur, ne ſuo ſapore ingrato linguã uitiẽt, utq; diuturnâ in uentriculo morâ à remotis etiã partibus attrahãt. Pauca tamẽ pillularũ genera in prõptu eſſe in officinis ſolẽt, ut alefangimæ, cõmunes, capitales, & quædã in locis & tẽporibus alijs aliæ, ne indurẽtur & inutiles fiãt: ſed uulgarius eſt, ut pillularũ materia in maſſas, quò diutius durent, cõpingantur, quò ſequẽtes dirigũtur regulæ.

CANON PRIMVS, DE GLVTINO Maſſarum & Pillularum.

Conficiuntur autem maſſæ pillularum, uel cum ſuccis: uel cum aquis deſtillatis: uel cum ſyrupis: Quæ cum aquis parantur, reliquis citius induran-

tur.

tur. Satius itaq; fuerit ſuccis uel recenter expreſsis, uel gummoſis atq; adeo glutinoſis diſſolutis eas cõcinnare. Succi autem expreſsi accipiantur cocti nõ crudi: alioqui maſſa ſitum contrahet: Quanquàm ad pillulas iamiam aut propediem ſumendas etiam crudi ſumi ſolent.

Syrupis etiam, aut melle, aut electuario aliquo liquido confici poſſet maſſa: ſed tunc maiore mole minus percipietur uirtus materiei pillularis: atq; adeo ſolita doſi non purgant.

CANON SECVNDVS DE TRITVRA & Mixtura.

Obſeruandum quoq; hoc loco eſt, materias pillularum, non tam exactè, ſed pauxillo craſſius terendas eſſe, quàm antidotorũ & trochiſcorũ. Tritæ uerò materiæ accuratè in mortario miſceãtur: poſtea liquor, quo tanquàm glutino maſſa cohæreat, affundatur.

Quòd ſi diſſimilia miſcenda erunt, ut pulueres plãtarum, gummi, & reſinæ. Hæc per ſeſe, calefacto modice fundo mortarij & piſtillo, bene molliantur: poſteà pulueres ſenſim miſceantur: aut gummi diſſoluãtur priùs aceto uel uino: Similiter & ſucci.

CANON TERTIVS DE FIGVRA maſſarum cũ ſubnotatione tẽporis & Diei.

Mixtis cunctis, quantum ſatis eſt, eximatur è mortario maſſa: & manibus oleo uel butyro inunctis formetur maſſa exempta figurâ tereti, non

nimis tamen tenui.

In ſuperiori parte maſſæ affigatur ligneo clauiculo cartula continens tẽpus compoſitionis, aut alioqui notetur dies. Quidam ligneo pro clauiculo fructum caryophyllum oblongum non incommodè accipiunt.

Deinde priuſquàm recondatur facta & ſubnotata iam maſſa, leuiter exſiccetur, & in ſiciore loco ſeruetur.

CANON QVARTVS DE Aſſeruatione.

Cenſemus idcirco, quòd nullæ pillulæ ſeruari debent in puluere, exceptis de hiera Galeni, & Benedicta, propter ſuppoſitoria.

CANON QVINTVS DE Repoſitione.

Ergo in maſſas conformentur materiæ pillularum, eaſq; maſſas quidam corijs inuoluunt: alij ueſicis, maximè ſi magnæ, necdum ſatis ſiccatæ ſunt. Nam hoc modo ſuſpendi, & quantum ſatis eſt, cõmodè exſiccari poſſunt. Sanior eſt praxis puræ chartæ eas includi inuoluiue: ſed niſi ungatur charta, ægrè deinde auelli poteſt: Sumatur itaq; papyrus ceræ liquatæ intincta, quod omnino optimum eſſe uidetur.

CANON SEXTVS DE NOTA Probitatis.

Maſſæ

Massæ pillularum, quæ situm uarij coloris intus contraxerunt, uitiosæ sunt, quod accidit, dum aut non probè compactæ aut non satis exiccatæ sunt. Tales, quemadmodum panes mucidi situ corrupti, inutiles sunt, ac reijci debent omnino.

CANON SEPTIMVS DE Duratione.

Seruari possunt, purgantia quidem annũ unũ, quæ uerò opium acceperunt, duos, tres, & plures annos.

ENVMERATIO PILLVlarum præparandarum & asseruandarum.

PILLVLAE EX AGARIco Mesuæ.

R. *agarici trociscati cum sale gemmæ drach. tres.*
Radicis iridis: Marrubij, an. drachmam unam.
Turbit drachmas quinq;.
Specierum hieræ picræ simplicis drach, quatuor.
Trociscorum alhandal: Sarcocollæ, an. drach. duas.
Myrrhæ drachmam unam.
Excipiantur sapâ, & formetur pillularum massa.

PILL. AGGREGATIVAE D. Mesuæ primo loco descriptæ.

R. *Myrobalanorũ citrinarum: Rhabarbari optimi, an. drachmas quatuor.*

Succi eupatorij ſiue graciolæ inſpiſſati: Succi abſinthij itidem inſpiſſati, an. drachmas duas.
Diagrydij drachmas quinq;.
Myrobalanorum Chebularum: Indarum: Agarici cum ſale gemmæ trociſcati: Trociſcorum alhãdal: Polypodij quercini, an. drachmas duas.
Turbit boni: Aloës, an. drachmas ſex.
Maſtiches: Roſarũ: Salis gemmæ: Epithymi: Aniſi: Zingiberis, an. drachmam unam.
Excipiantur omnia ſufficiente quantitate electuarij roſati Meſuæ, & formetur maſſa.

PILLVLAE ANTE CIBVM COLONIÆ uſuales, quæ etiam aromaticæ dicuntur.

℞. Ligni aloës: Caryophyllorum: Macis: Nucis muſchatæ: Zedoariæ: Zingiberis: Spicæ: Galangæ: Croci: Amomi: Calami aromatici: Xylobalſami, ſeu pro eo, acori ueri: Carpobalſami, ſeu pro eo, granorum paradyſi: Cardamomi: Cubebarum: Abſinthij: Mentæ rubeæ: Seminis apij: Seminis fœniculi: Seminis aniſi: Seminis petroſelini: Seminis ſileris montani: Seminis leuiſtici: Maſtiches, an. drachmam unam.
Rhabarbari ad pondus omnium, id eſt, uncias tres.
Aloës ad pondus omnium, id eſt, uncias ſex.
Miſce, & fiat maſſa cum oleo nucum muſchatarum per expreßionem facto: uel cum uino optimo: ſed præſtabit cum oleo fieri, uti dictum eſt.

PILL.

PILL. AROMATICAE SIVE alefanginæ D. Meſuæ.

℞. Cinamomi: Cubebarum: Ligni aloës: Calami aromatici: Macis: Nucis moſchatæ: Cardamomi: Caryophyllorum: Azari: Maſtiches: Schœnanthi: Spicæ nardi: Carpobalſami uel eius loco galangæ, an. ~~drachmam unam~~ Vnciam. Abſinthij ſicci: Roſarum an. drachmas quinquè. Conterantur omnia groſſo modo, & medietas puluerum infundatur in aquæ libris tribus, & coquatur lento igne ad conſumptionem unius tertiæ ad remanentiam duarum tertiarum: Deinde exprimatur fortiter, & coletur. In colaturæ libris duabus diſſolue Aloës ſuccotrinæ multoties in uitreo uaſe lotæ cum aqua pluuiali, & iterum ſiccatæ libram unam. Agitentur ſimul continuè in ſole: Deinde addatur reliqua medietas puluerum ſuprà ſcriptorum, & his quoquè

Myrrhæ: Maſtiches, an. drachmas quinquè.
Croci drachmas tres.

Et exiccentur omnia ad ſolem, uel in ſtufa, agitando ſubinde & permiſcendo, donec denſari incipiat materia, atque tum formetur pilularum maſſa. Dum uerò ſiccantur omnia, linteo puro uas obtegatur contra incidentium muſcarum & ſordium iniurias.

PILL. AVREAE NICOlai Myrepſi.

R. Aloës: Diagrydij, an. drachmas quinq̃.
Rosarum: Seminis apij, an. drachmas duas semiß.
Aniſi: Fœniculi: Maſtiches, an. ſeſquidrachmam.
Croci: Trociſcorum alhandal, an. drachmam unam.
Muccilaginis tragacanthæ q. ſ. pro ſubigendo & cocimnando maſſam pillularum.

PILL. DE BDELLIO MAIORES Meſ.

R. Bdellij ſiue Myrrhæ optimæ ac ſelectißimæ unciam unam & ſemiß.
Ammios drachmas tres.
Corticum myrobalanorum chebularum: indarum: bellericarum: Emblicarum: Rhabarbari modicè toſti: Carabæ, an. drachmas duas & ſemiß.
Bdellium maceretur in ſucco foliorum porri, & conficiatur maſſa.

PILL. DE BENEDICTA.

Parentur ex ſpeciebus electuarij Benedictæ laxatiuæ, & illæ ſpecies adſeruari debent unà cũ ſuo ſaccharo. Saccharum autem ſit candi, eodem pondere quo turbit.

PILL. COCHIAE RHASIS.

R. Hieræ picræ Rhaſis drachmas decem: Quæ quidèm picra componitur hoc modo:
Roſarum rubrarum: Spicæ nardi: Maſtiches: Xylobalſami, ſeu pro eo, ligni aloës: Carpobalſami, ſeu pro eo, cubebarum: Cinamomi: Caßiæ lignea:

gneæ: Azari, anà drachmam mediam.
Aloës ſuccotrinæ unciã unã. fiat omniũ puluis.
R. huius puluꝛis ſubtiliter tuſi drachmas decẽ, ut modò dictum eſt.
Trociſcorum alhandal drachmas tres, ſcrupulum unum.
Diagrydij drachmas duas & ſemiß.
Turbith: Stœchados, an. drachmas quinquè.
Cum ſyrupo de ſtœchade fiat pillularum maſſa.

PILL. COMMVNES SIVE PEſtilentiales Rhaſis.

R. Aloës illotæ unciam mediam.
Croci orientalis: Myrrhæ puriſſimæ, an. drachmas duas.
Cum uino optimo tritæ ſpecies excipiantur, & fiant pillulæ.

PILL. E CYNOGLOSSA MES.

R. Myrrhæ drachmas ſex.
Thuris drachmas quinque.
Opij: Seminis hyoſcyami, an. drachmas quatuor.
Croci drachmam unam & ſemiß.
Radicum linguæ canis drach. quatuor & ſemiß.
Forma maſſam cum ſucco cynogloſſæ, aut eius inopia, cum ſyrupo de papauere.

PILL. FOETIDAE MAIORES Meſuæ.

R. Sagapeni: Hammoniaci: Opopanacis: Bdellij: Trociſcorum alhandal: Rutæ agreſtis: Aloës:

Epithymi, an. drachmas quinque.
Hermodactylorum: Radicis eſulæ minoris initio ueris cuulſæ, lacteq; dulci ſiue ſero ipſius ablutæ, an. drachmas duas.
Scammonij drachmas tres.
Cinamomi: ſpicæ: croci: caſtorei, an. drach. unam.
Turbit drachmas quatuor.
Zingiberis drachmam unam & ſemiß.
Euphorbij drachmæ unius partes duas.
Diſſolue lachrymas ſucco porri ſectiui communis non depurato, & finge maſſam.

PILL. EX FVMOTERRAE Auicennæ.

℞. Myrobalanorum citrinarum:
chebularum:
Indarum, an. drach. quinq̃.
Eximantur nuclei ex myrobalanis.
Aloës ſuccutrinæ drachmas ſeptem.
Diagrydij drachmas quinq̃.
Succi fumiterræ depurati q. ſ. ut formetur ter hæc maſſa. Nam cùm primùm fuerit ſiccata, plus ſucci addendum eſt, & rurſum exiccetur, idq; tertiò eſt faciendum, & tum demum formetur maſſa.

PILL. EX HIERA GALE-ni ſimplici.

℞. puluerem hieræ Galeni ex ſex rebus ſupra inter electuaria cathartica commemoratũ quantitate, quã uoles, quẽ cũ ſyrupo abſinthij, uel ſucco eius,

eius, quando haberi potest, in pillularem massam formabis.

PILL. EX HIERA CVM Agarico.

R. specierum hieræ Galeni simplicioris: Agarici cum sale gemmæ trociscati, an. partes æquales.

Cum sufficienti quantitate mellis rosati formetur massa.

PILL. DE HIERA COLOcynthidos Aëtij.

R. puluerē hieræ diacolocynthidos Aëtij suprà propè finem electuariorum catharticorum commemoratum quantitate qua uoles, omissa tamen squilla propter contumaciam & ineptitudinem puluerizationis: sed eius loco compingatur massa pillularum oxymelite squillitico, aut succo scillæ.

PILL. INDAE HALY. D. MES.

R. Myrobalanorum Indarum : Hellebori nigri aceto præparati: Polypodij, an. drach. quinq;.

Epithymi: Stœchados, an. drachmas sex.

Garyophyllorum drachmam unam.

Agarici cū zingibere trociscati: lapidis lazuli loti: Trociscorū alhādal: Salis gemmæ, an. semunc.

Succi eupatorij uulgaris, uulgariter qwaſtraut: Spicæ nardi, an. drach. duas.

Puluerís hieræ picræ simplicis Galeni drachmas duodecim.

Succi apij q. s. fiat pillularum massa.

PILL.

PILL. LVCIS SIVE OPTI-
cæ maiores. D. Meſuæ.

R. Roſarum: Violarum: Abſinthij: Colocynthi-
dos aut potius trociſcorum alhandal: Turbith:
Cubebarum: Calami aromatici: Nucis moſcha-
tæ: Spicæ nardi: Epithymi: Carpobalſami, aut
pro eo, granorum paradyſi: Xylobalſami aut
pro eo, ligni aloës: Seminum ſeſeleos: Semin̄
rutæ: Schœnanthi: Azari: Maſtiches: Caryo-
phyllorum: Cinamomi: Aniſi: Seminis fœnicu-
li: Seminis apij: Caßiæ ligneæ: Croci: Macis, an.
drachmas duas.

Myrobalanorum chebularum: citrinarum: Indar̄:
Belliricarum: Emblicarum: Rhabarbari opti-
mi, an. drachmas quatuor.

Agarici ſale gemmæ trociſcati: Foliorum ſennæ mũ
datorum, an. drachmas quinque.

Eufragiæ ſummitatum drachmas ſex.

Aloës ſuccutrinæ ad pondus omnium, hoc eſt, unc.
undecim & drachmas duas.

Conficiatur pillularum maſſa cũm ſufficienti quan-
titate ſucci fœniculi non depurati.

PILL. DE NITRO ALEXAN-
dri Tralliani, & Meſuæ.

Quamuis neceſſarium non fuerit continuò ha-
ſce in pharmacopolijs præparatas habere: quia ta-
mẽ contingit aliquando haſce præſcribi, neceſſum
erit certum & conſtans conſtituere exemplum, ad
quod

quod effingi debent, propter uarietatem & diffor mitatem harum pillularum ab Alexandro paßim hinc inde deſcriptarum.

R. Aloës: Colocynthidos, aut potius, trociſcorũ alhandal: Diagrydij: Bdellij: Corticum helleborı aceto præparatorum: Gummi, an. partẽ unã. Euphorbij: Nitri, ſeu pro eo Tartari uini, an. partem mediam. Confice cum ſucco caulium.

PILL. EX RHABARBARO priores D. Meſuæ.

R. Rhabarbari ſelectißimi drachmas tres.
Succi glycyrrhizæ: Succi abſinthij: Maſtiches, an. drachmam unam.
Myrobalanorum citrinarum drach. tres & ſemiß.
Seminum apij: Seminum fœniculi, an. drachmam mediam.
Trociſcorum diarhodon, qui à Meſue primo loco deſcripti ſunt, drachmas tres & ſemiß.
Specierum hieræ picræ Galeni drachmas decem.
Excipiantur omnia ſucco fœniculi non depurato, & fiat pillularum maſſa.

PILL. DE SAGAPENO SIVE SErapino poſteriores D. Meſuæ.

R. Sagapeni: Hammoniaci: Opopanacis: Bdellij, an. drachmas duas & ſemiß.
Seminis apij: Seminis ammios: Seminis rutæ ſylueſtris: Seminis aniſi, an. drachmam unam.
Acori: Lepidij, uel eius penuria, ſeminis naſturtij

Cala-

Calaminthes: Folij, seu pro eo, spicæ nardi: florum & summitatum centaurij minoris: Polij: Costi: Salis gemmæ, an. drachmæ semissem.
Aloës drachmas sex.
Colocynthidos, seu potius, Trociscorum alhandal drachmas quinque.
Dissoluantur gummi succo porri, & cum eodem compingatur pillularum massa.

ET SIC EST FINIS PILLVlarum usualium.

SEQVITVR MODO classis Trociscorum.

DE TROCHISCIS ET SIEFF, SIVE COLlyrijs.

TRochisci siue Pastilli ferè eodem, quo massæ pillularum, modo formantur: sed figura differunt: Quoniam pillulæ in massas seu (ut uulgus practicātium loquitur) magdaleones conformantur: quia uirtutes pilularum mellius in dictis magdaleonibus conseruantur. Est enim magdaleon forma crassa, teres, pondere communiter cuiuslibet plus minus unciarum duarum: Sed trochisci sunt uel rotundi, uel quadrati cum

cum quadam depreßione ad ſimilitudinem großi lupini. Fiunt tamen etiam trociſci aliquando forma tereti, ſed exigua, inſtar cylindri parui.

RATIO NOMINIS.

Τροχίσκοι, & κυκλίσκοι græcis omnibus, & diminutiuo uocabulo τροχίσκια & κυκλίσκια dicũtur, à forma rotunda ſeu orbiculari, quaſi dicas rotulas ſiue orbiculos. Dicuntur græcis etiam ἀστίσκοι, & latinis paſtilli, à pane per diminutionem, itidem à forma, quòd ſint figura ueluti perexigui panes, quales pueri ex maſſa ſibi farinacea aliquando ludentes parare ſolent: uel etiam, quòd materiæ trociſcorum farinaceá aliquãdo paſta compingantur. Ita nanq; Galenus lib. xi. ſimplicium trociſcos de uipera parat, uocans eos articſcos theriacos.

DIVISIO.

Varia ſunt trociſcorum genera, quorũ alij per ſe in corpus aſſumuntur: alij in compoſitiones aliorum medicamentorũ recipiuntur, ueluti paſtilli de uipera, & è ſcilla in theriacam: alij extra corpus applicantur, conſtantq; ex metallicis, & hi utiles ſunt ulceribus malignis, & oculorum morbis. Et hi poſtremi (oculorum ſcilicet morbis deſeruientes) Sieff arabibus, & Collyria latinis propriè dicuntur, itidem trochiſcorum forma parati.

In utroq; autem genere, tam eorum quæ intro aſſumun-

assumuntur, quàm quæ foris admouentur, illud requiritur, ut medicamenta ex quibus constant sint tenuissimè trita, supra omnia alia medicamenta.

Ex eorum numero, qui intra corpus assumuntur, alij ex aromatibus, fructibus, herbis & medicamentis quibusdam purgantibus constant, ut trochisci de agarico, & de rhabarbaro: alij ad eorum compositionem opium requirunt. Fiunt ex medicamentis siccis tritis, ut dictum est, & cum aqua, aut decoctione, aut succo mistis, donec ad eā craſsitiem reducantur, qualis est massa pilularum: Materiæ autem tenuius terūtur quàm ad pilulas.

Ponderant plærunque drachmā unam uel duas.

Quidam imagines imprimunt pastillis, quod in uulgaribus superuacaneum est: in precioſis uerò, ut Gallia, & Alipta moschata, pastillis bechicis, & cæteris, non indecorum.

Siccantur in umbra, & reponuntur, ut in catapotijs dictum est.

Durant annum unum: & qui opium recipiūt, diutius, ut pillulæ opium recipientes. Qui foris applicandi sunt, cùm ex medicamētis constent quæ non facile resoluuntur, seruari possunt in annum unum aut duos.

ENVMERATIO TROchiscorum vsualium.

TRO-

TROC. EX AGARICO *ſimplices.*

R. *agarici optimi partes duas uerbi gratia, drachmas duas.*

Zingiberis albi partem mediam, uerbi gratia ſemidrachmam.

Cum aqua hyſſopi forma trochiſcos. Simplices dicuntur, quòd abſq; ſale gemmæ compoſiti ſint.

TROC. EX AGARICO *compoſiti.*

R. *Agarici leuißimi & albißimi uncias duas.*

Salis gemmæ: Zingiberis, an. drachmam unam.

Cum aqua hyſſopi itidem fingantur trociſci.

TROC. ALKEKENGI, *id eſt, Halicacabi* D. *Meſuæ.*

R. *Granorum alkekengi drachmas tres.*

Seminum citruli: Seminum albatechæ, (id eſt, melonis Indi, hoc eſt, cucumeris magni, qui anguria dicitur:) Seminum cucurbitæ, an. drachmas tres & dimidiam.

Boli armenicæ: Gummi arabici: Thuris: Sanguinis draconis: Papaueris albi: Amygdalarum amararum: Succi glycyrrhizæ: Tragacanthi: Amyli: Nucleorum pineorum, an. drachmas ſex.

Seminis apij: Karabæ, id eſt, ſuccini: Boli: Hyoſcyami: Opij, an. drachmas duas.

Compingantur cum hydromelite, id eſt, aqua mellis.

TROC. ALHANDAL *siue* ALANdahal, *id est, colocynthidos Mes.*

℞. *pulpæ colocynthidos albæ & leuis, & seminibus purgatæ uncias decem: Forpicibus aut inciſorio incidantur minutiſsimè, & fricentur cũ uncia una olei roſati.*

Tragacanthi: Gummi: Bdellij, an. drachmas ſex.

Infundantur in aqua roſata per dies quatuor, Et conficiatur colocynthis inciſa cum mucagine ceu glutino eorum, & fiant inde trociſci & exiccentur in umbra: Deinde iterum terãtur contritione bona: & iterum confice cum glutino eorum, & fiant trochiſci.

Sed quia nimis magna foret quantitas, ſi uncias decem colocynthidos trociſcare uelles, ſatius itaq; fuerit octauam huius antiquæ Meſuanæ compoſitionis partem trociſcare, hoc modo.

℞. *pulpæ colocynthidos drachmas decem.*

Tragacanthæ: Gummi arabici: Bdellij, an. ſcrupulos duos, grana quinq;. Confice, ut modo dictũ.

TROC. ALIPTAE MOSCHATAE *Nicol. Alexandrini & Myrepſi.*

℞. *Ladani puriſsimi uncias tres.*

Styracis calamitæ, unciam unam & mediam.

Styracis rubræ, at pro ea, benzoin ſiue aſæ dulcis uulgo dictæ potius, quàm thymiatis corticis cuiuſdam ex rubro nigreſcentis, cætera planè ἄποιος, unciam unam.

Ligni

Ligni aloës optimi drachmas duas.
Ambræ drachmam unam.
Caphuræ ſemidrachmam.
Moſchi ſcrupulum medium.
Aquæ roſarum q. ſ. Confice paſtillos.

TROC. BECHICI ALBI, uulgò Pillulæ Bikichiæ albæ.

R. Sacchari albißimi libram unam.
Sacchari candi optimi: Sacchari penidij, an. uncias quatuor.
Ireos florentinæ unciam unam, drachmas ſeptem.
Amyli uncias duas cum ſemiſſe.
Mucilaginis tragacanthæ albißimæ cum aqua roſacea factæ quantum ſufficit.
Formentur trociſci parui & ſignentur: Aliquando etiam admiſcetur pauxillum moſchi.

TROC. BECHICI NIGRI.

R. Succi liquiritiæ, uncias quatuor.
Styracis calamitæ ſeſcunciam.
Saccari candi uncias duas & ſemiß.
Specierum diaireos Salomonis: Specierum lohoch ſani & experti, an. ſemunciam.
Sacchari penidij libræ ſemiſſem.
Sacchari albißimi, libras duas, uncias tres.
Mucilaginis tragacanthæ cum aqua hyſſopi factæ q. ſ. formentur trochiſci & ſignentur.

TROC. DE BERBERIS MES. priore loco deſcripti.

R. *baccarum berberorum, aut ſucci earum: Succi glycyrrhizæ: Seminis portulacæ: Spodij, anà drachmas tres.*

Roſarum rubearum ſiccarum, unguibus præſectis, drachmas ſex.

Spicæ: Croci: Amyli: Tragacanthi, an. drach. unam.

Seminis citruli à cortice duriuſculo purgati, drach. tres & ſemiß.

Camforæ ſemidrachmam.

Confice trociſcos cum tereniabin, id eſt, manna.

TROC. DE CAPPARIBVS Meſuæ.

R. *Corticum radicis capparis: Seminis agni, anà drachmas ſex.*

Nigellæ: Calaminthes: Acori: Amygdalarum amararum: Seminis naſturtij: Hammoniaci: Foliorum rutæ: Ariſtolochiæ rotundæ: Succi eupatorij, id eſt, graciolæ, an drachmas duas.

Cyperi: Scolopendrij, an. drachmã unam.

Puluis horum omnium compræhendatur hammoniaco in aceto diſſoluto. Sunt qui ualentius efficiũt duplicato hammoniaco.

TROC. PRO FVMO. S. V.

R. *Ligni aloês: Ladani, an. drachmam unam.*

Benzoi, id eſt, aſæ dulcis drachmas duas.

Styracis calamitæ, drachmam mediam.

Saccari candi uncias duas.

Moſchi,

Moſchi, grana duo.

Miſce cũ aqua roſacea, & ex paſta ſubacta fac trociſcos, qui tempore uſus magis redolebunt, ſi irrorando aſpergas eis pauxillum aquæ roſaceæ.

TROC. GALLIAE MOSCHATÆ Meſuæ.

R. *Xylo aloës crudæ, bonæ, electæ, partes quinq;.*
Ambræ, partes tres
Moſchi boni partem unam
Glutinis tragacanthi in aqua roſarum ſoluti quãtum ſufficit ad ea comprehendenda. Fiant trochiſci figura folij myrtei, ſigillentur: uaſe uitreo reponantur.

TROC. HEDYCHROI, SIVE magma ſeu ſpiſſamentum Hedychroi Andromachi ex Galeno.

R. *Mari, aut pro eo, dictammi Cretici ueri: Aſari: Amaraci, id eſt, maioranæ: Aſpalathi, aut pro eo, ligni aloës, an. drachmas duas.*
Iunci odorati, id eſt, ſquinanthi: Calami aromatici, aut pro eo, galangæ: Phu pontici: Xylobalſami, uel eius loco, cyperi: Opobalſami, uel eius loco, olei caryophyllorum, aut ſaltem terebinthinæ ſtillatitiæ: Cinnamomi: Coſti, aut pro eo, radicis angelicæ, an. drachmas tres.
Myrrhæ: Folij malabathri, aut pro eo, macis ſiue ſpi-

cæ Romanæ: Nardi indicæ: Croci: Caſiæ ſcilicet lignææ aromaticæ, an. drachmas ſex.

Amomi, aut pro eo, id quod nunc dicitur calamus aromaticus, huius inquam uocati calami aromatici, unciam unam ſemiß.

Maſtiches, drachmam unam.

Vini phalerni quantum ſufficit ad ſubigendam paſtam, ex qua fiant trochiſci inunctis prius manibus oleo nucis muſchatæ: Deinde ſiccentur.

TROC. DE KARABE, SIVE electro, ſiue ſuccino D. Meſuæ.

R. Karabæ aureos ſex.

Cornu cerui uſti: Gummi aßi: Coralli uſti: Tragacanthi: Acaciæ: Hypociſtidos: Balauſtiæ: Maſtichæ: Laccæ lotæ: Papaueris nigri aßi, an. aureos duos.

Thuris: Croci: Opij: an. aureum unum & ſemiß.

Fac trochiſcos drachmæ unius, cum muccagine pſyllij. Conficiendi autem modus hic eſto: Karabe, gũmi arabicum, tragacanthum, corallium, & ſimilia, ad magnitudinem orobi confracta, fictili tecta, dũ uſus requirit, aſſantur, donec albeſcant & puluerabilia ſint. Semina uerò, utpote tenuioris ſubſtãtiæ, paulo minus aſſanda, præter ea quæ lenta ſunt, cuiuſmodi lini & pſyllij cenſentur.

TROC. EX MYRRHA RHAZAE.

R. Myrrhæ, drachmas tres.

Lupinorum, drachmas quinq;.

Foliorum,

Foliorum rutæ: Mẽtaſtri, id eſt, ſylueſtris menthæ piloſis & hirſutis folijs: Pulegij: Cymini: Rubeæ tinctorum: Aſæ fœtidæ: Sagapeni: Opopanacis, an. drachmas duas.

Concinnentur trociſci cum iure decoctionis baccarum iuniperi modice quaſſatarum.

TROC. DE RHABARBARO Meſuæ.

R. Rhabarbari boni, drachmas decem.

Succi eupatorij: Amygdalarũ amararum, an. drachmas quatuor.

Roſarum drachmas tres.

Spicæ: Aniſi: Rubiæ: Abſinthij: Aſari: Seminis apij, an. drachmam unam.

Cũ ſufficiente quantitate ſucci eupatorij uulgaris fac paſtã, & inde trochiſcos ponderis unius aurei.

TROC. DIARHODON MESVAE primo loco deſcripti.

R. Foliorum roſarum rubrarum exungulatarum modicè ſiccarum, aureos ſex.

Spicæ aromaticæ: Ligni aloës, an. aureos duos.

Glycyrrhizæ aureos tres.

Spodij aureum unum.

Croci aureum dimidium.

Maſtiches drachmas duas.

Cum uino albo fac trociſcos drach. unius ponderis.

TROC. DE SAPONE Veneto.

TROCHISCI.

R. *Saponis albi, optimi, & purißimi lib. octo.*
Ladani fini: Storacis calamithæ, an. unciam unam semiß.
Ireos odoratißimæ: Caryophyllorum electorum: Sandali albi, an. unciam unam.
Storacis liquidæ semunciam.
Moschi drachmam unam. Confice.

TROC. DE SCILLA EX Galeno.

Scillam collectam quùm folia eius & caulis exactè inaruerint, mediæ magnitudinis, plenam, candidam, cortice primo detracto, & parte duriore, cui radiculæ adhærent, abiecta, farinâ subactâ inuolues, & eousque in clibano coques, donec farina probè siccata sit: & eâ perforatâ, stilo ligneo tentabis, num scilla undiq; tenera sit: Eâ *exemptâ, partem interiorem diligenter teres, cui admisce bis farinæ erui tenuißimè cribratæ uncias octo ad singulas libras, & formabis in trochiscos ponderis duarum drachmarum: & siccabis in superiore parte ædium in cella probè mundata, meridiē serenio rem spectante, sæpius obuertendo, donec probè siccati sint:* Deinde *reponcs in pyxidem uitream aut figulinam uitratam bene obturatam.*

TROC. DE SPODIO MESVAE. prioris descriptionis.

R. *Spodij, drachmas quatuor.*

Rosa-

Roſarum rubrarum drachmas ſeptem.
Seminis portulacæ: Succi glycyrrhizæ, anà drach. duas.
Cum muccagine ſeminis pſyllij fac trochiſcos drachmæ unius ponderis. Sunt qui addunt ſeminum quatuor frigidorũ maiorũ: Gummi arabici: Tragacanthi: Croci, an. drachmam unã & dimidiam.

TROC. E TERRA SIGILLATA Meſuæ.

R. Sanguinis draconis: Gummi arabici aßi: Ramich, aut pro eo, radice biſtortæ, aut ſaltẽ trociſcorum de karabe uel berberis: Foliorum roſarum: & antheræ, id eſt, ſeminis earundẽ: Amyli aßi: Spodij, ſeu eboris uſti præparati: Acaciæ: Hypociſthidos: Lapidis hæmatitæ: Balauſtij: Boli armenicæ: Terræ ſigillatæ: Sedenagi, id eſt, ſeminis granati ſylueſtris, ſeu pro eo, berberis: Corallij: Succini, an. drachmas duas.
Margaritarum: Tragacanthi: Papaueris nigri, an. drachmam unam & dimidiam.
Seminis portulacæ aſſæ: Cornu cerui uſti: Thuris maſculi: Gallarum: Croci, an. drach. duas.
Cum aqua plantaginis fac trociſcos. Cogimur interdum his trochiſcis addere opij drachmas duas, aut plures, aut pauciores.

TROC. DE VIOLIS D. Meſuæ.

TROCHISCI.

De his dictum est supra inter pulueres aromaticos in fine: Et de facto asseruãtur hi trochisci cõmuniter in puluere. Porrò ad hos trochiscos alludũt nonnihil trochisci hamech in antidotario Mesuæ.

TROC. DE VIPERA GALENI.

R. Viperas numero uiginti.

Sumenndæ sunt autem, non quæ quouis tempore captæ sunt, sed à medio potißimum Aprile in finem usque Maij, aut paulo tardius, locisq; procul à mari dißitis. Eligendæ sunt fœminæ, quæq; colore subflauo sint, non prægnantes, quæ caput latius habeant & depressum, & in eo exigua cornua ad modum frumenticij grani, collum longius graciliusq; quàm mares, uentre uastiores, cauda mimore, quæ non inuoluta est, sed potius contorta & distensa, incessu quieti proximo, q̃ tamen postremas partes in incessu magis moueant, aspectu ferino & inuerecundo, oculis subrubentibus, & recens captæ.

Capita primum & caudas amputabis quatuor digitorum longitudine utrinq;. His amputatis, cõsiderandum est, si motum quendam in ipsis residuum conspicies, sanguinemq; multum fundent: nam hæ ceu præstantißimæ sumendæ sunt. Deinde pelle detractâ, interanea cum adipe abijcienda erunt, reliquum corpus in ollam nouam bene coctam immittendum, & coquendum in aqua fontana, additis anethi comis, & sub finẽ panxillo salis, (ignis autem esto è carbonibus accensis, aut sarmentis uitium)

tium) donec carnes à ſpinis ſeparentur. Cùm coctæ fuerint, ollam ab igne depones, & carnes diligenter à ſpinis exemptas, per ſe cõtundes, nullâ muſculi addita parte, & addito puluere panis biſcocti maximè puri, quantum paſtillis formandis ſufficiat, quæ erit ſecundum Galenũ tertia aut quarta pars, admiſceto. Formabis in paſtillos ponderis duarum drach. & ſiccabis in ſuperiore ædium parte, in cella ad meridiem conuerſa, à puluere diligenter mundata. Sæpe autem conuertendi ſunt per quindecim dies aut eo amplius, donec probè exiccati fuerint: deinde in pyxidem uitream aut figulinam uitratã bene obturatam reponendi. Annum unum integri perſeuerãt, quanquàm longè melius ſit, haud multo poſtquàm ipſos confeceris, theriacam conficere. Qui autem diutius conſeruare uolet, ſubinde abſtergendi ſunt à puluiſculo quodam qui illis obnaſci cõſueuit, qui ſi diutius inhæreat, paſtillos perforabit. Hoc itaq; modo conſeruari poſſunt integri ad tertium annum.

Hæc quidem ex Galeno & alijs, & præſertim Florentinis, tranſcribere licuit, ſed actionem ipſam hîc exequi non perinde licebit. quia translatos ab Italis trochiſcos acceptare cogimur, ſed an fallamur, deus nouit. Quare inter cæteros defectus, qui plurimi recenſentur à Manardo, quòd theriaca integrè ſecundum Galeni doctrinam parari non poßit, etiam hic

minimus

minimus non est nobis, quibus constitutum est hic aliquando theriacam præparare, quòd dubitandū nobis foret, an coëmpti trochisci uerè & legitimè ex carne uiperina sint concinnati. Quare optandū utiq; esset, ut Italicus magistratus propter cōmunem totius Christiani orbis salutem singulari diligentia atq; seria seueraq; animaduersione procurarent trocisc os uiperinos se etiam spectante concinnari, suisq; notis siue sigillis exarari, quæ sigilla si quis imitando adulteraret, non aliter plecteretur, quàm qui monetam adulteraſſet. Tali diligentia Turcarum imperator dicitur strenuè uti in sigillanda terra Lemnia, quam præsente magistratu eius loci constituto anni tempore effodi iubet, totamq; ad se afferri, & inde à medicis suis depurari, indeq; in orbiculos conformari, impreßis suis characteribus. Vtinam uotis annuant superi.

NOTIO DE SIEF SIVE Collyriis.

Ad trochiscorum classem etiam Sief & collyria præsertim ueterum propter cognatam formā pertinent, de quibus aliorum dispensaria ex Galeno & Mesue de ægritudinibus oculorum permulta subijciunt exempla, ex quibus tamen subijciemus nullum, propter usum minus assiduum, ne grauentur inutilibus expensis farmacopœi. Habent enim medici hæc ets præscribere pro occasionibus oblatis,

tis, ut permulta alia. Imo quibus hodie medici utũtur collyrijs ad ſanandos oculos, ea plærunq; formâ coſtant liquidâ, idq; pro diuerſis temporibus morborum ocularium.

DE SVFFVF ET PVLVERIBVS.

PVluerum materia tãtum non ex cunctis præmißis deſumitur claßibus. Nam præter ſimplicia, & electuariorũ bona pars, cathartica item non pauca: quibuſdam etiam pillulæ complures: & trociſci demum complures in puluueris forma aſſeruari ſolent: quàm benè autem iudicent doctiores atq; diligentiores. Etenim in puluueribus humido aliquo conglutinante ſubactis & ueluti unitis, kraſin certè præſumimus & ſperamus fore potiorem, quàm ſimplicem mixtionem. Vnde ſi quis priſcorum diligentiam expendat, cõperiet eos plæraque ſua remedia in diuturniorem uſum aſſeruanda in unam maſſam ſubegiſſe & conglutinaſſe penè omnia.

NOMINIS RATIO.

Pulueres arabibus ſuffuf dicuntur. Chriſtoforo tamen de honeſtis in antidotarium Meſuæ notatur, hoc puluerem differre à ſuffuf, quòd puluis ſit

ſit generale nomen ad omnem puluerem, ſiue ſubtilem ſiue craſſum, eumq; uel ſimplicem uel compoſitum: Suffuf autem eſt ei nomen particulare, ſolũ ad puluerem ſubtiliſſimum ſicut alcohol, eumq; cõpoſitum ex pluribus puluerib⁹. Vnde notandum, quod quando in libris arabum & practicorum ſcribitur, fiat puluis ſicut alcohol, ibi intelligendũ eſſe puluerem ſiue ſimplicis rei ſiue plurium inter ſe mutuò permiſcendarum, in tenuiſſimum pollinem fore redigendum atq; terendum. Interim tamen penitus introſpicienti libros arabum, ſuffuf ſimpliciter idem eſt quod puluis. Qui puluis, ſi ex uarijs aromaticis rebus (quas ſpecies peculiariter uocãt) conſtat intro ſumendis ad refectionem ſpirituum atq; facultatum, tragea ſiue Trazea nunc uulgo dicitur ad græcorum imitationem, qui τραγήματα bellaria uocant, ſiue illa ſit craſſiùs ſiue tenuius trita, addita nunc zaccaro, alias omiſſo, de qua ſuprà meminimus Q fol. 14. in canone de quantitate ſaccharj. Synonyma itaq; aut ſaltẽ cognata admodũ nũc ſunt, puluis, Suffuf, Alcohol, Tragea ſiue Trazea, Species.

DIFFERENTIA.

Differunt ſpecies & puluercs ſicut compoſitũ & ſimplex. Sunt enim ſpecies, puluercs compoſitorum medicaminum mixti, ſed nondum humida aliqua materia uniti. Quanquam hæc differentia non ſemper obſeruatur: Sunt enim nonnulla compoſita quos etiam puluercs appellamus, ut puluis diaſe-

na, &

næ,&c. Alias uero diſcriminatio harum uocũ tenetur, ut cum dicimus, ſpecies omnium ferè aromaticorum antidotorum in uſu & promptu eſſe ſolere, opiatarum nullas, catharticorum paucas, ut ſpecies benedictæ, diaphœnicôn, diaturbith cum rhabarbaro. &c.

DIVISIO.

Pulueres partim intra corpus aſſumuntur, partim foris applicantur.

Qui per os aſſumuntur, ex medicamentis componuntur aromaticis, aptis ad intemperiem corrigendam earum corporis partium quæ nutritioni deſeruiunt: Ea autem interdum ſunt electuaria, ut diacalamintha, diatrionpipereon Galeni, & ſimilia: & interdũ admiſta habẽt quædã purgantia. Ita & aliis aliarũ corporis partiũ principũ facultatibus, ſua etiã deſtinata ſunt & deſeruiũt electuaria.

Qui foris applicantur, ex uarijs medicamẽtis cõmiſcentur ſimplicibus, ijſq; diuerſis corporis ad miniſtrãtur partibus, ueluti qui à uulgo medicorũ & farmacopœorũ epithemata cordialia & hepatica uocantur.

Alij ſunt utiles ad uulnera & uleera, idq; in uarijs corporis partibus, & uarias ob cauſas, ut pulueres capitales, adſtringẽtes, ſarcotici, erodẽtes. Hi aũt ex ſelectiſſimis fiẽt medicamẽtis plus minusue tritis pro medicamẽti præſcripti ſcopo, eoq; ordine & diligentia, quo in tritura dictũ eſt ſupra in electuarijs, canonum uniuerſalium quarto.

CANON

CANON PRIMVS DE TRITVRA puluerum & ſpecierum.

Quidam materias ad ſpecies aliaq; medicamina ſimul tundunt, ſi modo id fieri poteſt quod nõ improbatur.

Quidam uerò pulueres tantùm prius per ſe tuſos & in uſum ſeruatos miſcent, neq; hoc improbari debet: quanquàm alijs diſplicet, quaſi puluerea aſſeruati uires amiſerint, parumq; efficaces ſint. Quaſi uerò uires amittant, quæ ex bona materia facta ritè aſſeruantur.

In uniuerſum autem, qui intrò aſſumendi ſunt pulueres, & qui in epithemata ingrediuntur, tenuiſſimè teri debent, quòd ex aromatibus & odoratis conſtent: niſi quòd interdum eos craſſius terere oportet, ut diatrion pipereon & ſimiles, ut in eum in quem præſcribuntur ſcopum uſui eſſe poſſint.

Qui foris applicandi ſunt, non neceſſe eſt tam tenuiter terantur, & quòd frequenti in uſi nõ ſint, neque magna eodem tempore copia opus ſit, primùm componi ſolent, cùm ijs utendum eſt, & ſecũdum medici ſcopum.

CANON ALTER DE Repoſitione.

Alij ſpecies in ſtanneis uaſis reponunt & ſeruant: alij in uitreis uaſculis, quod magis probatur,

alij

alij in ſacculis aluteis incluſas & in pyxidibus ligneis impoſitas. Quod tamen non adeo neceſſariũ eſſe uidetur, nã nec uires earũ, ſi in ligneis pyxidibus arctè piſtillo compactæ & probè tectæ ſeruãtur, perire multo minus exhalare poſſe uidentur. Hoc modo ut ſimplices pulueres, ita & ſpecies rectißimè aſſeruari poſſe creditur.

CANON TERTIVS DE diuturnitate.

Singulis annis ut plurimum renouari debent.

ENVMERATIO QVORVNDAM pulueru uſualium.

Catalogum aromaticarum ſpecierum ſimiliter & aliarum ſuperioribus claßibus deſcriptarũ reſcribere non eſt neceſſe: tantum quædã extra illarum cenſum referemus.

PVLVIS AD EPITHEMA cordis.

R. Santali rubri unciam unam.
Corticum citrij mali: Sandali albi: Roſarũ: Corallij albi: Corallij rubri: Carabæ: Spodij, aut pro eo cboris uſti, an. ſemunciam.
Florum boraginis: Doronici: Oßis cordis ceruini: Croci, an. drachmam unam.
Specierum lætitiæ Galeni: Specierum electuarij de gemmis: Specierum diamargariton, an. ſcrupulos quatuor.

Camphoræ ſcrupulum unum.

In puluerem redactæ ſpecies commiſceantur.

PVLVIS AD EPITHEMA hepatis.

R. Roſarum: Sandali albi: Sandali rubei: Abſinthij: Schœnanthi: Spodij, pro eo Eboris uſti: Spicæ indicæ, an. unciæ ſemiß.

Contrita in puluerem miſce, & repone.

Hæc duo epithemata utcunq; temperata ſunt: quare in frigidis affectibus calidiora aromata adij cere licebit, & contrà.

PVLVIS CONTRA LVMBRICOS.

R. Comarum centaurij minoris: Lupinorum, an. libræ ſemiſſem.

Abſinthij uulgaris præſertim comarum cum ſeminibus: Baccarum lauri: Radicis gentianæ, anà uncias quatuor.

Ariſtolochiæ rotundæ: Pyrethri: Polypodij: Petroſelini Macedonici: Radicū zedoariæ: Myrrhæ, an. uncias duas.

Abrotani, unciam unam.

Athanaſiæ ſeminum uncias tres.

Florum perſicorum uncias duas & ſemiß.

Coriandrorum præparatorum unc. unā & ſemiß.

Senæ Alexandrinæ: Seminis Santonici an. uncias duas, drachmas duas.

Aloës: Seminis portulacæ: Radicum diptami albi, an. uncias duas.

Miſce,

Miſce, fiat puluis.

PVLVIS LVMBRICORVM SIVE *inteſtinorum* Terræ.

R. *Lumbricos terræ uiuentes quot uoles, eosque excipe uaſe, & paſce in muſco querno, aut (ſi lubet) caulibus, uitelloſq; ouorum aſſos induratos interito, quibus ucſcantur ad ſeptem uel octo dies repoſiti in penario, tegantur quidem, ſed non ſine ſpiraculo: Interim alternis diebus ſingulatim eximi digitisq; extergi debēt, ut à ſuis ſordibus adeoq; à muccagimoſa lentaq; terra expurgētur. Accipiātur demū lumbrici ita repurgati, & abluantur uino, fictiliq; nouo crudo cōdātur, quod diligēter pa ſta oblinatur, ſicq; in fornacē excoquēdū ponatur, &c. Vide exēplū Dioſcoridis in capit. de muſtela.*

PVLVIS CONTRA CASVM, ET *eſt Magiſtri* Iohannis de Thenis.

R. *Mumiæ: Scabioſæ: Piloſellæ: Hyperici, an. ſe-*
munciam. (*quidrachmā.*
Coſti dulcis: Coſti amari: Nucis moſchatæ, an. ſeſ-
Terræ ſigillatæ: Boli armeni, an. ſerup. quatuor.
Rubiæ tinctorum: Rhapontici: Seminis nigellæ,
an. drachmas ſex.
Rhabarbari: Spermatis cœti, an. drachmas duas.
Trochiſcorū de agarico cū ſale gēmæ præparatorū
Cymini præparati, an. drachmam unam.
Fiat omnium puluis.

TRAGEA GROSSA PRO stomacho inciſa.

R. Calami aromatici: Liquiritiæ: Gentianæ, anà uncias quatuor.

Radicum tormentillæ: Zedoariæ: Granorum paradyſi: Galangæ, an. unciam unam.

Zingiberis: Nucis moſchatæ: Piperis longi, anà ſemunciam.

Cinamomi: Caryophyllorum, an. drachmas ſex.

Seminum aniſi: Fœniculi: Carui: Coriandri aceto per biduum macerati & exiccati, an. unciam unam.

Inciſis incidendis fiat puluis, & miſce.

PVLVIS MERCVRII.

Quoniam uerò puluis iſte adulteratus plurimum obtruditur farmacopœis noſtris, ſatius foret, ut ipſi parent ex compendioſa Iohannis de uigo, hoc modo:

Primum paretur aqua fortis, quæ ſic fit:

R. auripigmenti citrini: Floris æris, an. unc. duas.

Salis nitri libram unam ſemiß.

Aluminis rochæ libras duas.

Vitrioli Romani libras tres.

Omnia triturentur adinuicem, & ponantur in bocia uitrea bene inlutata cum capello, & ſuo recipiente ſimiliter bene inlutato: & deinde ponatur bocia cum recipiente & capello ad fornellum lento quidē igne à principio, & permitte exire aquā, ignem

ignem fortificando, donec recipiens inceperit rubeſcere: quo facto, iterum fortificetur ignis, & dimittatur, donec tota aqua elambicetur, quæ aqua eſt fortißimæ operationis.

Satius tamen eſt hanc ab ijs qui eam ex profeſſo parant comparare, qui non ſine ratione auripigmẽti. Aqua fortum, æruginem, & alumen omittunt. Eſt enim nõ ſine periculo parum cautis eius præparatio.

Modus autem confieiendi puluerem noſtrum carnis ſuperfluæ remotiuum talis eſt:

R. aquæ fortis prædictæ libram unam ſemiß. Argenti uiui libram unam. Et ponatur aqua & argentum uiuum in bocia bene inlutata, quæ ſit capacitatis librarum trium, & permanẽat ſimul per diem naturalem, bociâ optimè obturata cum pecia uel bombace: Deinde ponatur ad fornellum lento igne in principio cum ſuo capello & recipiente bene inlutatis, & elambicare dimittatur, donec recipiens, paululum ignem fortificando, rubeſcere inceperit. Sitq; recipiens maioris amplitudinis & capacitatis, quàm bocia ad triplum, & dimitte (ignẽ iterum uigorando) elambicare, donec tota aqua in recipiens transferatur, quod cùm factum fuerit, frangatur bocia, & quod intus reperitur de argẽto uiuo calcinato, ceu in colorem minij commutatũ, à uitro remoueatur, & ab omni re alba & crocea mundetur. Et quia iſta aqua cum argento uiuo ſolet in collo bociæ producere quandam albidinem

instar salis albissimi, quæ albedo est optimum sublimatum. Et ideo ne puluis ualeat dolorem causare, stude diligenter remouere & sequestrare prædictum sublimatum, ab ærgento in colorem minij calcinato: Deinde ponatur dicta calcinatio in mortario metalli, & cum pistello ducatur, donec puluis efficiatur subtilissimus: Postmodum iterum ad ignem fortem ponatur puluis in casiola ænea baculo semper agitando per duas horas: quia omnes fumositates uenenosæ aquæ fortis & argẽti uiui per ultimam istam coctionem euaporantur, & puluis efficitur nobilior & minoris doloris: Et istud est secretum, quod facit puluerem perfectissimũ, dolorem non causantem, nobilioris & securioris operationis, & propterea dignus est corona.

DE OLEIS.

Leum nobis hic dicitur quicunque succus oleaginus & pinguis.

DIFFERENTIA.

Quatuor sunt eius genera: primum natiuum, quod sua sponte emanat, ut petroleum siue petrelæon: & olim Balsomelæon.

Secundum, quod fit per expressionem.

Tertium, quod fit per infusionem ceu macera-

maceratione, quam & impreßionem uocant: idq; uel ſimpliciter, uel compoſitè.

Quartum, quod per diſtillationem arte chymiſtica elaboratur & elicitur: idq; potißimum uel per aſcenſum, uel per deſcenſum.

Quintum genus his addi poſſet duorum generum participans, ut oleum nucis moſchatæ, quod uel per expreßionē, uel diſtillationem elici poteſt: Oleum item philoſophorū cōiunctim fit, & p impreßionem & fortem diſtillationem.

OLEVM PETROLEI NATIVVM.

Seruari debet in farmacopolijs aliunde bona fide comparatum: Medicus autem expendat, quo ſit colore, ut inde differentiā & facultatem diſtinguat: nam quod albicat & ad rufum ſiue flauum tendit, melius eſt. Et *hoc de naturali intelligendum: nā de artificiali, quod ex lateribus oleo imbutis uehementiore ui ignis extorquetur, faciemus mentionem infrà.*

DE OLEIS QVAE EXPRESSIONE *fiunt, Canon.*

Expreßio oleorum hoc pacto fit: Accipitur ſemen aliquod ſeu fructus à cortice duriore purgatus, & contunditur calido piſtillo in mortario calido: Contuſum per ſetaceum pannum torculari ligneo, ſi uulgaris eſt materia: ſin precioſa, ſtanno obducto exprimitur. Quòd ſi materia exprimenda aridior eſt, ut ſemen lini, torreri hinc inde probè in lebete agitando & uerſando debet: deinde feruens prelo ſubijci, & exprimi inuoluta ſetaceo.

ENVMERATIO OLEORUM vſualium quæ per expreſſionem fiunt.

OLEVM AMYGDALARUM Dulcium.

Licet plærunq; in emporijs coëmant noſtri farmacopœi: tamen quando domi recenter parari debet hoc oleum, ſicuti ſæpe & neceſſariò requiritur, tunc parabitur ſecundum normam, ſecundi modi operationis Meſuanæ. Imo quæ ex fructibus & ſeminibus temperatæ qualitatis fiũt, exprimi debent, cùm eorum uſus neceſſarius incidit. Nam ſi antè extrahantur, nouas acquirũt qualitates, præterquàm quòd rancida fiunt.

R. *itaq; ſufficientem quantitatem amygdalarum dulcium recentium, quas aquâ dulci calida depella-*

bis,

bis, atq; in offas contundas ſine aqua. Deinde impones in uas uitreatum, quod demittatur in diploma, id eſt, in uas aliud feruentis aquæ plenũ, quoad percalefiant amygdalæ illæ quàm optimè in uaſe uitrato prædicto diligenter obturato: Deinde ſtatim in ſetaceũ ſaccũ effundes amygdalas, & prelo ſubiectũ ſaccũ fortiter exprimes. Poterit deinde eadem maſſa iterum in diplomate recalefieri, uti priùs, & denuo eodem modo exprimi, quoad nihil ſucculenti amplius contineant amygdalæ.

OL. AMYGDALARVM AMARARUM eiuſdem Meſuæ.

Paretur ſicut modo dictum eſt de oleo amygdalarum dulcium.

OL. LAVRINVM D. MES.

Ex emporijs importatum comparatur & adſeruatur in farmacopolijs. Poſſet tamen etiam ex baccis lauri fieri per ſublimationem.

OL. LINI D. MESVAE.

Ex ſemine lini nobis truſatili mola in officinis ad id deputatis expreſſum in farmacopolijs aſſeruabitur.

OL. NVCVM IVGLANDIVM Meſuæ.

Hoc itidem mola truſatili expreſſum retineatur.

OL. NVCVM MOSCHATARVM.

R. *nucum moſchatarum libram unam, quas contunde groſſo modo, eaſque ita contuſas illiga arctè panno lineo, eumq; in uaſe uitrato appende, quod demittatur ſeu demergatur in ahenum feruentis aquæ, unde percalefiat aroma, deinde prelo ſubiectum fortiter exprime. nam hoc pacto copioſius emanat oleum.*

OL. MACIS.

Eodem modo & ex mace copioſius etiam extrahitur oleum.

Ex utroq; etiam aromate ſubtilius, clarius, atque iucundius elicitur oleum per diſtillationem ſiue per aſcenſum ſiue etiam deſcēſum: Sed uſitatius per aſcenſum uti uidebitur infrà.

OL. OVORVM MESVAE.

Paretur cùm uſus eius erit. Fit ex uitellis ouorum coquendo induratis, cōtritis, & in patella frixis, donec pinguedinem ex ſe remittant: Tum æſtuantes adhuc & ſpumantes, ſaculo impoſiti exprimantur.

DE OLEIS QVAE PER INFVSIONEM FIVNT.

CANON CVM MVLTIS SVBdiuiſis particulis.

At quia

AT quia non ex omnibus materijs oleum exprimi poteſt, ideo excogitatus eſt alius modus per infuſionem ſeu macerationem ut uocãt. Plæraq; itaq; olea in officinis medicamentarijs fiunt per impreſſionẽ (ita etiã infuſionẽ hic uocant) ut nunc loquuntur, ad hũc modũ:

Sumitur una uel plures materiæ, uerbi gratia, flores aut herbæ, & in oleum oliuarum, lotum quidem, ſi immaceranda materia ſit frigida: illotum uerò, ſi calida, imponitur, addito aliquo liquore accommodato, aqua uidelicet, aut uino, aut infuſo, aut decoctione aliqua: & coquitur ad aquoſitatis conſumptionem, (quod cognoſcitur, quando gutta olei in prunas iecta abſq; ſtrepitu inflãmatur.) Deinde colatur, & ſi opus eſt, exprimitur, ac materiæ tanquàm feces abijciuntur.

Quidam macerant prius in oleo materias aliquãdiu ẽq; eas coquunt, quod non opus eſſe uidetur.

Ne aũt materia aduratur, & oleũ corrũpatur, coctio in duplici uaſe fiat, quod Galenus paſſim requirit. Alij conſueuerunt in ſole uel loco calido, abſq; alieno liquore materias uirides, ſi aridiores ſũt natura, in oleo iuſto tẽporis interuallo macerare, poſtea exprimere. Hic qdẽ modus reliqs melior eſſe putatur: uerũ cauẽdũ eſt, ne cœlo nõ ſatis calido materiæ putreſcãt, quod accidit materijs ſuculẽtis, ut anetho uiridi, & ſimilib⁹. Quare præſtat & minus laborioſũ eſt, ſi mox in oleo humidiores

plantæ

plantæ coquantur absq; liquore aliquo alieno, quã diu macerare, & corruptionis periculum subire. Nam herbæ ipsæ suam humiditatem remittunt in oleum, quæ plærunq; sufficit ad coctionẽ, nec opus est aliunde liquorem petere. Tutius ergo & compendiosius est coquere materias, quam insolare.

Quidam aliquoties mutant materias, ut oleo efficaciora fiant, quod certè non est improbandũ.

Quidam succum tantum plantarum accipiunt, & oleo ad perfectionem incoquũt, qui modus etiã non inelegans est.

Sumitur materiæ subquadruplum, subtriplum, aut æquale pondus ad oleum, ubi non est certa quantitas ab autoribus expressa. Nota autem sufficientis materiæ uerior est, quando oleũ odorem & saporem simplicis sui habet: atq; hinc potius quàm aliunde quãtitas æstimãda est, quod in aromaticis, ut oleo rosarum, cydoniorum, menthæ, facilè deprehenditur.

DIVISIO.

Ex præscripto canone elicitur aliqualis diuisio, nempe quòd oleorum infusione seu impressione factorum alia sunt simplicia, quæ ex oleo conflantur, in quo macerati flores aut herbæ unius generis insolantur aut coquũtur. Non sunt quidem merè simplicia, sed tamen simpliciora, quàm sequentia.

alia

alia ſunt compoſita, quando multa medicamenta ſimplicia, eaq; ut plurimũ odorata, recipiuntur, quæq; plærunque igni parantur.

Hæc apud ueteres VNGVENTA *nuncupabantur, quòd reciperẽt odoramenta & lachrymas, eaq; de cauſa craßiora reddebantur.*

CANON ALIVS DE QVANtitate olei & materierum incoquendarum.

Licet communis modus parandi olea apud farmacopœos ſit, ut floribus, uel cacuminibus atq; folijs herbarum compleant uas, ſuperaffundentes oleum quantitate ſufficienti: tamen quia hæc parandi ratio uniformis apud omnes eſſe nequit, (quãdo alij alijs manipulos pleniores aut minores accipiunt,) cùm etiam paulo ſuprà admonitum quidem eſt, ſed necdum certò determinatum, an ſubquadruplum, an ſubtriplum, an æquale pondus materierũ ad oleum eſſe debeat, propterea neceſſariũ eſt certam concinnare rationem atq; uniformem, qualem ſubſcriptus hic præſefert canon.

Recipiantur tres partes olei puri maturi, (niſi ſpeciatim diſtinguatur & præcipiatur aliter) partes inquam tres menſurales, & unam ſimiliter menſuralem florum uel herbarum modicè contuſarum,

his

bis uel ter renouandarum & infundendarum, prout expreßius ſingulatim in ſingulis docebitur, itidemq; bis uel ter incoquẽdarũ in diplomate, uaſe bene obturato: Cuius documenti uidebis exẽplũ in oleo uiolato: ſed repoſitio ad ſolẽ ſeptenis diebus aut pluribus, non ubiq; neceſſaria erit, imo caueri debet, ne tam diu permancant, flores præſertim, in oleo, ſicuti uidebitur in oleo liliorum.

ENVMERATIO OLEORũ per impreſsionem factorũ.

OLEVM ABSINTHII.

R. *olei oliuarum maturi non loti libras tres non põderales, ſed menſurales: (quẽadmodũ farmacopœi noſtri menſurare non ponderare ſolent liquores.)*

Sũmitatum & foliorum abſinthij uulgaris maturo iam ſemine, modicè tuſarum libram unã ſcilicet menſuralem: ut eâdem menſurâ, qua oleum, materia abſinthij menſuretur, non ponderetur.

Infundatur itaq; abſinthium in oleo prædicto, & ſtatim efferueant in duplici uaſe benè obturato: Deinde ſeptenis diebus reponãtur in loco quãtum fieri liceat calido: Poſtea efferuefacto rurſus oleo in duplici uaſe, exprimatur: Et de nouo præ-

dicta

dicta absinthij mensura addatur, fiatq; ut prius. Et inde expresso abiectoq; absinthio, in usum totius anni reponatur oleum.

OLEVM ANETHI.

Paretur eodem modo, sicuti nunc de absinthij oleo dictum est.

OL. EX CAPPARIBVS.

R. Corticum radicum capparum unciam unam.
Seminis agni casti: Scolopendriæ ueræ: Radicum cyperi: Corticum thamarisci, (pro quibus si substituas cortices medianos fraxini, non malè feceris.) an. drachmas duas.
Rutæ drachmam unam.
Olei oliuarum maturi libram unam.
Aceti: Vini optimi, an. uncias duas.
Simplicia omnia contrita diligenter macerentur simul in præscripta quantitate liquorum tepefacta per dies duos: Post coquantur ad aceti & uini consumptionem, ac fortiter exprimantur. Colatū ad usus reponatur.

OL. CASTOREI SIMPLEX ex Præposito.

R. Castorei pinguis & mollis unciam unam.
Olei uetustißimi uncias duodecim.
Vini optimi uncias tres.
Coquantur in duplici uase ad uini consumptionē: Deinde reponatur non colatum, ut scilicet puluis castorij in oleo remaneat.

OL.

OLEA PER INFVSIONEM.

OL. E CHAMAEMELI *floribus.*

Paretur ad exemplum olei de abſinthio.

OL. CHEIRI EX FLORIbus luteis.

Parabitur itidem ad idem exemplum. Si tamẽ copia florum ſatis abunde haberi nequeat, ſuffecerit bis tantum eos recipere.

OL. COSTINVM RHAZAE.

R. Coſti ueri, uel eius penuria, galangæ maioris unciam unam.

Piperis: Pyrethri: Euforbij recentis, an. drachmas duas & ſcrupulos duos.

Caſtorei unciam dimidiam.

Olei cheirini uncias uiginti.

Puluerizatis diligenter omnibus ſpeciebus, indantur oleo, includanturq; uaſe uitreo bene occluſo, & inſolentur, ac reponantur uſui non colata: Sitque hæc compoſitio media conſiſtentia inter oleum & unguentum.

OL. CYDONIORVM.

R. Cydoniorum penè immaturorum in fruſta cum corticibus ſuis diſſectorum, ac paululum tuſorum: item ſucci eorundem cydoniorum, an. libram mediam.

Abſcindatur tamen initio quicquid lignoſum in intimo

intimo cydoniorum extiterit, præcipuè si putridũ fuerit.

Olei omphacini libras tres.

In uitrato uase quindecim diebus insola: Postea ad horas circiter quatuor duplici uase coque: hinc fortiter exprime. Rursus superiore doctrina in oleo absinthij tradita, alia cydonia pariter & expressum succum adde. Item ter repete. Postremo colatũ repone.

OL. HYPERICI EX FLORIbus simplex.

Fit ad eundem modum, qui præscriptus est in oleo absinthij.

OL. LILIORVM SIMPLEX Mesuæ.

Parabitur sicut oleum uiolarum, (de quo infrà) nisi quòd flores triduo tantum non septenis diebus relinquendi in oleo sunt. Post coquendi, exprimendi, & bis innouandi. Luteum uerò siue croceũ filamentum, quod in liliorum floribus est, auferri debet.

OL. LILIORVM COMPOSItum Mesuæ.

℞. olei oliuarum maturi libras duas.

Bulborum liliorum alborum uino bene lotorũ uncias octo.

Maſtiches: Calami aromatici: Coſti amari, uel gentianæ, ſi coſtus non habetur: Carpobalſami, uel pro eo, cubebarum, an. unciam unam.
Caryofyllorum: cinamomi, an. ſemunciam.
Croci, drachmas tres.
Omnia præter oleum & bulbos liliorũ uino optimo albo ſufficienti horis uiginti quatuor macerẽtur, tenuiter pulucrizatis ſpeciebus: Bulbi uero liliorum conterantur primum per ſe in mortario lapideo, quibus deinde affundas oleum, permixtisq; omnibus ſimul bulliant lentiſſimo igne ad uini cõſumptionem: Poſtea quadraginta dies ſoli exponantur, & inde rurſus tepefacta fortiſſime colentur, & reponantur uaſe bene clauſo.

OL. LVMBRICORVM.

R. uermium terreſtrium lotarum aqua pura, & deinde collocatarum in uiſco quercino uel furfuribus die uno: Poſt lauentur uino albo. Horum inquã ſic lotorum.
R. libram mediam.
Olei oliuarum libras duas.
Vini albi uncias duas.
Bulliant donec uinum conſumptum fuerit, & reponantur tecto uaſe diebus quatuor uel quinquè: Deinde rurſus modicè efferuefacti exprimantur & colentur.

Poſſet tamen oleum lumbricorum ſimplicius etiam fieri ſine ulla additione olei, hoc ferè modo:

R. lum-

R. *lumbricos terræ uiuentes, eosq; excipe & pasce in muſco querno, uitelloſq; ouorum coctos & induratos interito, quibus ueſcantur ad ſeptem uel octo dies repoſiti in uaſe aliquo in pœnario unà cũ muſco illo & pabulo ouorum: Poſtmodum effunde uermes in bociam uitream lutatã paſtâ farinacea, ſicq; eam bociam cum uermibus repone in clibanũ, ubi panes coquuntur, ibiq; relinquito, donec panes percocti fuerint: Deinde eximes tuam bociam, in qua inuenies ſubſtantiam oleoſam reſolutã ex carne lumbricorum, niſi quòd in fundo remaneant nuchæ ſeu ſpinæ illorum, quæ eximi & abijci debent.*

OL. MASTICHINVM MEſuæ alterum.

R. *Maſtiches uncias tres.*
Vini rubri uncias quatuor.
Olei roſati omphacini uncias duodecim.
Coquantur in duplici uaſe ad uini conſumptionẽ & reponantur.

OL. MENTAE.

Paretur ex foliis & floribus mentæ criſpæ odoratæ, mediocriter prius in umbra ſiccatæ ad exemplũ olei de abſinthio.

OL NARDINVM MESVAE alterum.

R. *Spicæ nardi uncias tres.*
Sampſuchi, id eſt, maioranæ uncias duas.

OLEA PER INFVSIONEM.

Ligni aloës: Enulæ: Folij indi, & pro eo, Macis Calami aromatici: Foliorum lauri: Radicũ cyperi: Schœnuanthûs: Cardamomi, an unciam unam & mediam.

Olei oliuarum maturi libras ſex.

Contuſis diligenter ſpeciebus affunde uini optimi q. ſ. ad tegendas ſpecies: Deinde addito oleo coquãtur lento igne in duplici uaſe horis ſex, frequenter mouendo.

OL. NENVFARINVM.

Paretur ex floribus albis, ſed ter mutandis ad exemplum olei uiolarum de quo infrà.

OL. PAPAVERINVM.

R. Capitum papauerum alborũ cum ſeminibus recentium modicè contuſorum libram unã mẽſuralem.

Florum papaueris libram mediam menſuralem.

Olei oliuarum dulcis libras menſurales quatuor & ſemiß.

Poſtquàm diebus ſeptẽ uel octo inſolata fuerint, uel loco calido repoſita, efferuefiant, poſt exprimantur: & de nouo capita & flores papaueris indantur colato oleo, rurſuſq; reponãtur & exprimantur uti prius: idq; tertio etiam fiat. Poſt ita præparatum uſui ſeruetur.

OL. ROSATVM COMPLETVM.

R. olei oliuarum aqua purißimâ loti libras tres

men-

menſurales, non ponderales. (Noſtri enim ſar-
macopœi menſurare non ponderare ſolent li-
quores.

Roſarum rubearum maturarum ablatis unguibus
libram unam menſuralem, ut eâdem menſurâ,
qua oleum, roſæ parum quaſſatæ menſurentur,
non ponderentur.

Infundantur hæ roſæ in oleo prædicto, & ſtatim
efferueant in duplici uaſe bene obturato: Deinde
ſeptenis diebus reponantur in loco, quantum lice-
at fieri, calido. Poſtea efferuefacto rurſus oleo in
duplici uaſe, exprimatur: Et de nouo prædicta ro-
ſarum menſura addatur, fiatq; ut prius. Et inde ex-
preßis abiectiſq; roſis, in uſum totius anni repona
tur oleum.

OL. ROSATVM INCOMpletum.

Fiat ſimili modo: ſed accipiatur oleum immaturũ
uiride, non lotum, & roſæ ſunto rubeæ, nondum
apertæ cum cupulis integris. Antequàm uerò mẽ-
ſurentur, conquaſſari modicè debent, & deinde in
menſuram fortiter deprimi.

OL. RVTAE.

Paretur ex rutæ mediocriter ſiccatæ ſummitatibus
maturo ſemine, ſicut oleum abſinthij cum oleo ma
turo, non omfacino.

OL. SCORPIONVM MES.

Aliunde delatum habemus: Itaque à probatæ fidei

hominibus comparetur. Simplex tantùm ad nos affertur ex Italia, & eo utendum.

OL. VIOLARVM.

R. Olei oliuarum maturi aquâ purißimâ loti libras tres menſurales, non ponderales.

Florum uiolarũ ablatis pediculis, & modicè tuſarum libram unam, menſuralem puta, ut eâdem menſurâ qua olcum menſurentur, non ponderentur: ſed in menſuram fortiter deprimi debent.

Infundantur uiolæ in oleo, & ſtatim efferuefiant in duplici uaſe bene obturato: Deinde ſeptenis diebus reponantur in loco quantum fieri poteſt calido, uti ſole, uel hypocauſto: Poſt efferuefacto rurſus oleo in duplici uaſe, exprimantur: Et de nouo prædicta uiolarũ menſura addatur, fiatq; ut prius. Et inde expreßis abiectiſq; uiolis, in uſum totius anni reponatur oleum.

OL. VVLPINVM.

R. uulpem media florenteq; ætate, benè ſaginatam uuis per uindemias, raſorio depilatam, cum interioribus, ablatis tamen fecibus, & excrementis alui & ueſicæ: Deinde fruſtulatim incidatur & conquaſſetur. Mox affunde ſufficientem quantitatem aquæ marinæ ſiue ſalſæ, in qua prius ebullierint hyſſopus ſiccata, roſmarinus, & primula ueris, an. q. ſ. ita ebulliendo, donec caro ab oſſibus diſſolui incipiat.

Tũc

Tunc superaffundantur olei maturi dulcis lib. tre aut quatuor, plus minus, pro magnitudine uulpis addendo insuper salis uncias tres uel quatuor, itidē pro magnitudine uulpis. Et perficiatur decoctio omnium simul ad consumptionem aquæ. Demum remota ab igne decoctione, sinatur propemodum refrigescere decoctio: & inde omnium simul fortissima fiat expressio, & reponatur oleum expressum.

DE OLEIS PER DISTILLATIONEM FACTIS.

Fit etiam oleum resolutione, quam usitatiore & significatiore uoce distillationē seu elambicationem uocāt, cùm materiæ heterogenes in corpore conclusæ, ui caloris separātur, operâ præcipuè chymistarum, de quo genere quantum licet agemus. Plura autem si audire cupis, chymistas præceptores tibi adhibe, & cum illis uersare.

Viæ autem huius chymisticæ operationis sunt, ut diximus, potissimum duæ: Per ascensum scilicet (ut uocant) & per descēsum, prout ingenij & experientiæ dexteritas id in usu practico facilè indicat. Nam quæ contumacius reddunt oleum, per descensum extorquentur: quæ uerò facilius, per ascē-

ſum. Vnde ſunt qui contendant per deſcenſum etiã copioſius oleum elici poſſe, etiam ab ijs materijs, ex quibus alioquin per aſcenſum educitur oleum.

Per aſcenſum elambicantur potißimum ſemina herbarum umbelliferarum, & aromata quædam, ſimiliter & lachrymæ, reſinæ, & liquores: Per deſcenſum uerò è lignis iuniperi, aloës, guaiaci, piceæ, oleum extrahitur. qui modus indicari potiùs quàm ſcribi debet.

MODVS ELICIENDI OLEA EX ſeminibus umbelliferarũ & ex aromatibus nonnullis. ex Val. Cordo.

Quoniam aromata quædam, & omnium umbelliferarum herbarum ſemina ferè, conſtant magna ex parte, calida, tenui, & aërea ſubſtãtia: ideò neceſſe eſt, ut aliquid de oleaginoſa ſubſtantia habeant. Nam talem habet mixturam propemodum omne oleum. At cùm oleum & pinguedo, quæ in ſimplicibus medicamẽtis continentur, duplex ſit, quædam monenda ſunt.

Naturæ periti duplex inuenerũt oleum in ſimplicibus medicamẽtis, unum terreſtre, craſſum, & uiſcoſum & totaliter ſuo corpori in quo eſt mixtum: quale eſt oleum nucum, Amygdalarum, Baccarum lauri. Seminum lini, Hyoſcyami, Sinapi, Papaueris: & omnia ſimilia, quæ in fructuum aut ſeminum nucleis continentur. Hæc autem omnia propter totalem cum ſubſtantia cui inſunt commixtionẽ

mixtionē inſeperabilia ſunt, nec ullo modo per diſtillationē elici poſſunt: quare ui exprimenda ſunt è ſubſtantia.

Alterum tenue, aëreumq; eſt, & ſeparabiliter ſuo corpori inhæret: & hoc eſt ſegregabile. Aſcendit enim facile in diſtillatione, nec difficulter à ſuo cui ineſt corpori decedit. Tale autem eſt quod cōtinetur in aromatibus, Carpobalſamo, Cardamomo, Pipere nigro, Cubebis, Cinnamomo, Caryophyllis, macere, nuce muſchata, ligno aloës.

Item quod continetur in ſeminibus umbelliferarum herbarum, quales ſunt liguſticū, Angelica, Angelica minor, libanotis nigra, Magiſtrantia, Paſtinacæ, Caro, Cyminum, Ammi quod appellant amomum: item Apium, Petroſelinum, Gingidium, Pimpinella, aniſum, fœniculum, anethum, &c.

EXTRACTIO EORVM.

Eliciuntur autem hæc olea per diſtillationē in harena, ita ut tuſa aromata aut ſemina injciantur in cucurbitam uitream luto intectam optimè. Vnà autem uicc unciæ ſex, uel ſeptem, uel octo injciātur aromatis alicuius uel ſeminis triti ſecundū capacitatem cucurbitæ. Adfundātur deinde pro ſingulis uicibus quinquè, aut ſex, aut ſeptē libræ aquæ clariſſimæ, ac miſceto diligenter. Quòd ſi ita diligenter permiſta in infuſione in loco aliquo calido dies aliquot uel octo uel decem ceu digerenda aut putrefacienda, hoc eſt, digerenda ſtare permiſeris,

utilem admodum paraſceueri feceris ad futurã ope rationem. Pone deinde cucurbitam in cupellam aptam fornaci, & harenâ imple cupellam, & cucurbita fundum ne attingat, ſed interſit undique harena. Cucurbitæ impone alembicum uitreum, cuius roſtrum deſinat in ſtanneam uel ferream fiſtulam ſtanno intus & foris illitam. Ea fiſtula trãſeat in obliquum per uas quod habet in ſe aquam frigidam, ut inter diſtillandum egrediens cũ oleo liquor refrigeretur: Claude iuncturas accuratè, & ſuppone exceptorium. Poſtea accende ignem lentum, & uide ne nimium inſurgat & ebulliat in alẽbicum quod in cucurbita continetur. Semina enim quædam ut aniſum propter raritatem ſubſtantiæ ſuæ ſimulq; uiſcoſum quod habent, largiter ebulliunt: ideo non ſtatim alembicũ imponere debemus: ſed poſtea quàm bullas excitari uideris, & uaporem ſurſum ferri, depone alembicum, & immiſſo bacillo agita. Ita reſoluetur in uaporem ſpuma, quæ poſtea mediocri igne moderari, compeſci, & excitari iuxta libitum poteſt. Quo facto impone rurſus alembicum eueſtigio, & circumline cõmiſſuram luto ſatis craſſo, & ſine diſtillare ſine ceſſatione, donec conieceris nullum amplius intus contineri oleum, quod uiſu ſtatim percipies & guſtu etiam. Nam cum guſtu deſtillantes guttæ nullam amplius reſipient manifeſtã iniecti aromatis qualitatem, deſiſtendum eſt, ne aroma fundo cucurbitæ

bitæ adhæreat & exuratur.

Deinde ſegrega contentum in deſtillata aqua oleum optimo quo potes artificio.

Porro notãdum eſt, quædam ex his oleis aquæ innatare, quædam fundum petere.

Innatant piperis nigri, & recentis cardamomi, & aniſi.

Fundum petunt, cinamomi, macis, caryophyllorum, & cæterorum, ut in ipſo artificio quis uidebit.

Aqua cinamomi & aniſi cum diſtillantur, lacteum habent colorem, & lacteum hoc paulatim in oleum conuertitur.

Reſeruanda autem cinamomi eſt aqua, præſertim quæ primò exierit.

SEQVITVR PICTVRA declarans quoquo modo opificium & ſtructurã huiuſce chymiſticæ exercitationis atquè operationis.

EX-

EXPLICATIO PARTIVM *adsignatæ picturæ.*



A.A.A.A. *Imago uniuerſæ fornacis.*

B.B. *Foramen inferius, ex quo euerruntur cineres.*

C.C. *Regio trabecularum ferrearum preſertim admodum intus per medium fornaceus*

cem traiectarum, ut sint substerniculũ & ueluti focus carbonum qui inijciuntur.

D.D. Foramen superius per quod immittũtur prunæ & inijciuntur carbones cupellam & eius contenta ex calfacientes, & sua flammula ueluti circumlambentes.

E.E. Trabeculæ ferreæ aliquanto largius disiunctæ tres uel quatuor, plures paucioresue pro capacitate fornacis, sustinentes cupellam metallicam uel figulinam harenæ contentricem.

F.F. Supereminens cupellæ pars continẽtis harenam & cucurbitam.

G.G.G.G. Quatuor foramina fumi, quæ intrusis pinnis uel conis ceu clauis argillaceis stuppa canabacea uel linea uel pilis subactis obturari & aperiri nunc conuinctim nunc diuisim ad libitum possunt.

H. Pars superior cucurbitæ seu bociæ continentis materiam distillandã, & stantis in media harenâ & cupella.

I. Alẽbicus uitreus cucurbitæ superimpositus, suoq; tempore circumlutatus.

K. Rostrum alembici immissum in canalem

lẽ ſeu fiſtulã ſtanneã ſeu ferream albã.

L.L. Canalis ſiue fiſtula obliquè per tranſuerſum medium uas tranſmiſſa.

M.M.M. Vas aquâ frigidâ plenum.

N. Receptorium excipiens diſtillatum liquorẽ ab immiſſa ſibi & circumtecta ſeu circumlutata fiſtula.

Porro cũ etiam Cordus meminerit optimi artificij ſeparandi aquam ab oleo ſecum diſtillatã, atq; eius ſeparationis ſint aliquot modi uarij miréque induſtrij, ſicuti liquet chymiſticam exercentibus, præſcribemus tantum modum unum & alterũ, tãquàm præſenti inſtituto præ alijs magis cõmodum & appoſitũ, quos etiã ab ipſo Cordo accepimus.

Prior modus hic appictus.



A. eſt ſpacium uacuum, ſi uitrum inuertatur.

B. Canalis per quem aêr in ſpacium uacuum ingreditur.

C. Spacium olei & aquæ.

D. Canalis breuior per quem aqua egreditur.

Alter

Alter modus expeditior eſt & facilior. Accipiatur infundibulum uitreum uel uitrum inſtar coni pinei effigiatum, & fiſtula infundibili uel cuſpis ima coni exquiſitè cerâ ſeu alia quauis materia obſtruatur, & ſic collocetur ut fiſtula uel cuſpis uerſus ima propendeat parſq; latior & patula ſuperior ſit, & ſic infundatur totum diſtillatũ, eodẽq; ſitu collocetur ſeu teneatur ad horas aliquot aut etiam dies, (quia uerbi gratia oleum aniſi admodũ tarde ſuperna petit.) Poſt temporis itaq; ſpacium facta ſegregatione diuerſarum partium à ſua ipſarum natura, tunc obturans materia celeriter & dextre amoueatur, & obtenſo digitõ educ quod & quantum & quando uoles.

Optimè imo & iucundè ſibi proſpicerent farmacopœi noſtri, ſi in ocij abundantia hiſce parandis inuigilarent.

OL. IVNIPERI EX FRVCTV per aſcenſum.

Oleum iuniperi fit Meſuæ ex ſegmẽtis lignorũ iuniperi ui pyrotechnias per deſcenſum, ut uocãt. Longe tamen nobilius eſt oleũ iuniperi ex granis iuniperi

iuniperi per aſcenſum elicitum in arena per fiſtulam oblongam per uas aqueum obliquè tranſmiſſam, uti modò prænotatum habetur, ſed præcedit hic longior maceratio atq; etiam decoctio, ſicuti indicabitur parare uolẽtibus: alioquin minus ſumptuoſe coëmitur à quibuſdam qui ex oleo hoc parãdo uictum ſibi comparant. Ab illis ſaltem coëmere debent noſtri farmacopœi.

OL. LATERICIVM, QVOD & Philoſophorum nuncupatur.

Cùm farmacopœos quoſdam non pudeat oleũ philoſophorũ poſcentibus obtrudere oleum præter communem olei communis qualitatem planè ἄποιον (quæ & conſimilis aliarum rerum impudentia, ne dicam impoſtura, non modò illorum fidem ſed & medicorum eleuat autoritatem) neceſſarium eſt, ut ſerio huius olei præparationẽ meditentur & machinentur, ut etiam ita ſenſim inducantur ad cognitionem atq; exercitionem chymiſticarum diſtillationum: quia hæc exercitatio permagnum præbebit compendium ad præparationẽ olei uitrioli, nunc paſſim apud omnes. etiam plebeios πολυδρυλλητοτάτου. Parᵗur itaq; ſecũdum explicatiorem modum Meſuanum hoc pacto. Lateres ex terra rubente multũ antiquatos in fruſta comminutos oui aut mediocris pomi magnitudine

tudine carbonibus non fumantibus accende, donec igniti candeant & rubeant: Tunc concha siue olla oleo rorismarini uel antiquo claro extingue & quoad eius fieri potest oleo imbue: sed ne nidore & graueolentia offendaris, simul ac ignitas laterum particulas forcipe immiseris, tunc ilico obstrue orificiū ollæ puluino aliquo laneo aut lineo humectato: Postquam oēs particulæ iā oleū imbiberint, tunc exime & sicca per se in caſulis: Post minutißime tere, & uasi (quam retortam uocant) per ſublimationem diſtillandum trade: Sed oportet retortā tenaci admodū argilla bene munire, quia fortißimam ignis uim experiri debet, eamq; ſuper crates ferreas in fornace reclinare, foras emiſſo eius ſilicet retortæ roſtro, ſed p maiore ſecuritate, ne rūpatur uas retortæ ipſius, ponatur immediate ſup trabeculas ſiue crates illas ferreas fictile latū, teutonice, ein breitte ſcherbel oder bahr oder erdene ſchuſſel, *excipiens corpus retortæ, quod ſcilicet fictile ſit itidem bene circumlutatum: Extunc perge lapidibus & cemento claudere fornacem uſque ad ſummum, ita ut retorta uniuerſa intus lateat tanquam in reuerberatorio: præterquā qua parte roſtro ſiue naſo promineat: nam ibidem diligenter etiam oblutari debet roſtrū & fornax: Deinde huic roſtro appone & agglutina phialam uitream ad excipiendum diſtillandum oleum: Demum accēſis in fornace carbonibus*

etiam gagatæis (nã uehementißimo opus eſt igne) coque, donec olcum deſtillet in phialam uitream. Quod exactè obſtructũ reconde & ſerua: Quanto enim antiquius, tanto ualentius.

OL. TEREBINTHINAE

Oleũ terebinthinæ Meſuæ habere non poſſumus, ex quo terebinthi baccæ uirides nobis deſunt. Quod autem in farmacopolijs habetur, alibi comparatur. Tempore uerò uſus diſtinguat medicus. quia triplici colore elicitur. Nam quod albicat, primum eſt: quod flauum eſt, ſecundum: quod obſcurum ceu fuſcum uidetur, tertium & ultimum prodit. Præſtantius eſt ſecundum.

DE VNGVENTIS.

VNguenta oleis proxima ſunt, de quibus hic mentionem facimus, prout nunc habet & obtinuit uſus. Nam (uti paulo antè monuimus) ueteribus græcis authoribus unguenta dicebantur, quæ nunc olea compoſita (præſertim ſi reſinas, aut reliquas lacbrymas, odoratas maximè reciperent) uocãtur. Vnde Galenus ſecũdo ſimplicium cap. ultimo, olcum roſatum ab unguento roſato ſeparat. Nam oleum roſaceum (inquit) eſt, cui odoramenta non ſunt iniecta: cui autẽ

odora-

odoramentorum aliquid iniectum dſt, non oleum ſed unguentum cognominant.

Imo ipſe adhuc Galenus unguẽtum etiam cum cerato magnam habere affinitatem inſinuat libro quarto Sanitatis tuendæ cap. decimoquinto, quando oleo ceram aut reſinam admiſcet. Quodcunq; (inquit) oleum, cui medicamenta alia, ut betæ albæ radix, althææ, bryoniæ, & ſimilia incocta uires & qualitatem ſuam tradiderint, unguentum fiet, ſi in id, ut loco melius inhæreat, inieceris uel ceræ ſolius partem quartam, uel etiam reſinæ partem duodecimam. &c. Quod uerò tantilla ceræ uel reſinæ cõmiſtura Galeno ceratum etiam appellatur, patet ex cerato eiuſdem Galeni infrigidante, ne plura aliunde conquiramus teſtimonia.

CANON DE QVANTITATE ceræ ad oleum.

Imo hodie etiam quando medici in linimentis & unguentis parandis ſcribunt: addatur ceræ q. ſ. accipiatur ſubquadruplum ceræ ad oleum, ut ſi recipiat olei uncias duas, miſce ceræ unciam dimidiã. Si uerò ſcribatur, ceræ parum, ſit eius ſexta, aut ſeptima, aut octaua pars ad oleũ pro medici ſcopis. Talis autem mixtura, licet antiquioribus plærũq; ſcriptoribus ceratum dicatur, noſtris tamen hominibus linimentum uel etiam unguentum liquidum uerius eſt, quàm ceratum.

CANON DE PRAEPARANDIS VNguentis, & per communionem pertinet etiam ad præparationem ceratorum, & quorundam emplaſtrorum Græcis propriè dictorum.

Tolerabilis eſt confuſio, linimentum & unguẽtum cum ceratis græcorum confundere, ſed uix ab emplaſtris ſeparatur hæc confuſio, ut uidere licet apud Meſuen in unguẽto palmeo ſiue diafœnicôn, quod idem eſt cum emplaſtro diachalciteos apud Galenum: quare hic, quem ſubiungimus canonem, non proprius unguentorum fuerit, ſed etiam ceratorum & emplaſtrorum. Atqui in tanta ambiguitate, ſatius foret res ipſas intueri & expendere q̃ nudis uocibus inhærere. Quia quando minus ceræ aut ſolidioris materiæ additur, dicetur linimẽtum potius aut unguentum: quando uerò pluſculum, ceratum, uti uidere licebit in unguento diapompholigos: quando uerò plurimum, præſertim de materia ſolidiore metallica, tunc uſitatius (quoad uetuſtos ſcriptores græcos) dicitur emplaſtrum.

Alia itaq; intellige nunc unguenta, nunc cerata, nunc emplaſtra, fiunt abſq; igne, cùm materiæ oleo uel pinguedini piſtillo bene miſcentur: Alia admota igni, idque dupliciter, uel pinguedinibus liquatis, ut materiæ metallicæ terræque facilius miſceãtur atq; uniantur: uel maceratis aliquandiu pinguedine plantis coctis & ualidiſſimè per craſſioris

ſioris texturæ pannum uel per ſe expreßis materijs, pinguedine addita ad perfectionem coctis. Si unguẽtum ceram recipit, liquatæ ſimul pinguedo & cera ab igne remouentur: ubi concreſcere cœperint, pulueres injciuntur, & ſimul miſcentur, donec prorſus refrixerint. Si mora moleſta eſt, patellæ aquæ frigidæ uel niui aut glaciei, ſi hyems eſt, imponatur, & citißimè concreſcet.

Sicut autem cera tota liquanda antequàm materiæ addantur, ita quoque ne inæqualiter concreſcat, cauere oportet. Alioqui enim unguentum, ſiue ceratum, ſiue emplaſtrũ, inæquale, grumoſum, & parum elegans redditur. Grauia, quia naturâ ſuâ deorſum feruntur, fundo lebetis incumbunt, & facilè aduruntur: ideo aßiduè rudiculâ mouenda, & non nimis uehementi flammæ imponenda: Leuia, aërea, & ignea facile exundant & diffluunt: ergo & hæc mouenda, & uel pulſanda ſpatulâ, uel in aërem circumſtantem aßiduè eleuanda. Si periculum, ut diffluant, fore exiſtimas, remoue paululum ab igne potius quàm aliquid affundas. Deinde coque ad perfectionem, quod eſt ad aquoſæ humiditatis cõſumptionem deprehenſis notis, ſuprà in canone primo oleis per impreßionem ſeu macerationem ſubiecto poſitis.

Si unguenta non ad perfectionem coquere uoles, ne uidelicet nitorẽ coquendo amittant, mediocriter coctum ab igne depone, & in uas, cuius fun-

dum foramen habet, infunde: ubi satis refrixerit, spinâ foraminis extractâ aquositas supflua effluet: deinde totam massam uase inclinato exime, & sordes crassas ab ima parte abrade, ac si uoles, iterum liqua, & in suum receptaculum funde. Sed hæc ratio non ualet nisi in ijs unguẽtis & ceratis, quæ ex herbis fiunt, ut populeon: in alijs uero, quæ metallicis constant, aliena est.

ENVMERATIO VNguentorum vsualium.

VNGVENTVM AEGYPTIACVM Mesuæ, quod & unguentum de Melle quibusdam dicitur.

R. Aeruginis aureos quinq;.
Mellis aureos quatuordecim.
Aceti acerrimi aureos septem.
Acetum cum melle solerter & diligẽter coque, indendo & circumagendo æruginem exactißimè tritam, satisq; diu coque, quoad rubrum aut rufum fiat, iustamq; nanciscatur crassitiem.

VNGVENTVM AGRIPPAE ex Præposito.

R. Radicum bryoniæ libras duas.
Radicum ebuli: Tribuli marini (pro quo sume cortices medianos sambuci) an. uncias duas.

Radicum

Radicum cucumeris asinini libram unam.
Scillæ uncias sex.
Iridis uncias tres.
Radicum filicis uncias duas.
Omnes modò dictæ radices ter uel quater bene abluantur, & in pilo marmoreo terantur unà cũ corticibus medianis sambuci pro radice tribuli marini substitutis: Deinde libris quatuor olei uetustissimi mox excipiantur, ac simul fermententur sex aut septem diebus. Deinde rursus ferueant, donec subsideant. Mox per saccum cola, & exprime. Calefactis inijce ceræ albissimæ uncias quindecim. Post lento igne ad crassamentum mediocre redigantur, ac reponantur.

VNGVENTVM APOSTOLORUM Auicennæ.

R. Terebinthinæ: Ceræ albæ: Resinæ, an. drach. quatuordecim.
Opopanacis: Aeruginis, an. drachmas duas.
Ammoniaci drachmas quatuordecim.
Aristolochiæ longæ: Thuris masculi, anà drachmas sex.
Myrrhæ: Galbani, an. unciæ semiß.
Bdellij drachmas sex.
Lithargyri drachmas nouem.
Macerentur bdellium, opopanax, ammoniacũ, & galbanum aceto uini. Decoquantur æstate duabus

libris olei, hyeme uerò tribus. Conficiendi seu concinnandi ordò esto talis: Gummi aceto (ut modò dictum) aceto dissoluta per se cola iusto pondere: mox terebinthinam admisce diligentissimè terendo, assidueq; mouēdo. Postea resinam, ceram, ac litharguron oleo fricti, & fusa hæc simul ab igne confunde: ubi iam etiamnum calens unguentū strigmentosum redditur, tunc aristolochiam, thus, myrrhamq;, per se singula tusa ac læuigata reliqs committe. Postremo æruginem, id est, uiride æris exquisitissimè tritum sine igne inspergē. Et tunc in mortario omnium unitas fiat. Reponatur hoc unguentum in pyxidem unguentariam æream, siue testaceam.

VNG. DIALTHAEAS simplex.

R. Radicum althææ libras duas.
Seminis lini: Seminis fœnigræci an. libram unam.
Olei libras quatuor.
Ceræ libram unam.
Terebinthinæ uncias duas.
Resinæ uncias sex.
Radices & semina contusa macerentur tribus diebus in libris octo aquæ, aut quantū sufficit: Quarta die coquantur, donec remittant crassam & uiscosam mucilaginem, eam deinde exprime: Mox recipe mucilaginis illius libras duas, & coque cum oleo:

oleo: Cùm deinde aquoſum illud in mucilagine cõ-ſumptum fuerit, ceram addito, & fac ſecundum artem.

VNG. BASILICVM MINVS, ET eſt Tetrapharmacum Galeni.

R. Reſinæ: Picis: Ceræ, anà.
Olei quantum ſufficit.

VNGVENTVM BERNARDI-num uſuale.

R. Granorum paradiſi: Caryoſyllorum: Zingiberis albi, an. uncias duas.
Sulfuris uiui, uncias ſex.
Axungiæ puræ porcinæ libram unam.
Moſchi ſemidrachmam.
Olei ſpicæ drachmas duas.
Terantur omnia ſubtiliter arida, ac commiſce diligenter, fiatq; unguentum.

VNG. EX BRYONIA Ferrarienſium.

R. Olei communis libras tres.
Medullæ crurum bouis libram unam.
Butyri recentis libram dimidiam.
Succi bryoniæ: Succi cyclaminis, an. libram unam.
At quia hic cyclamen recens in copia non habemus, oportebit radices ſiccas cyclaminis accipere & diligenter coquere in ſ. aqua, in qua ta-

men antea dies aliquot ſint maceratæ, ſicq; ſuccum fortiter exprimere, atque iterum ſi libet coquere ad mellis conſiſtentiã (præſertim quando diutius aſſeruare ſtudium eſt) eo ferè modo, quo paratur ſuccus glycyrrhizæ.

Bulliant ſimul ad lentum ignem, uſq; ferè ad conſumptionem ſucci, & coletur. Colaturæ adde pulueris aſplenij, id eſt, ceterach: Corticum capparũ: Tamariſci: Seminis agni caſti, an. uncias tres.

Miſce, fiat unguentum.

VNG. DE CERVSA CRVdum magiſtrale.

℞. Ceruſæ ſeſquilibram, lotæ aquâ plantaginis aut roſarum.

Olei roſati immaturi, (uel in eius penuria, maturi) libras duas, uncias quatuor.

Lithargyrij ſcilicet auri ſeſquunciam.

Conteratur omnia ſubtiliſſimè, & fiat unguẽtum in mortario lapideo, bene miſcendo abſq; igne.

VNGVENTVM COMITISSAE D. Vuilhelmi Varignanæ.

℞. Corticum medianorum caſtanearum: Glandiũ cum cupulis: Corticum medianorum quercus arboris: Myrtillorum: Caudæ equinæ: Gallarũ: Corticũ fabarũ ſiccarũ (uel potius ſimpliciter fabarum ſiccarum:) Acinorũ uuarum: Sorborũ ſiccorum, (uel eorum penuria, prunellorũ ſylueſtrium,

ſtrium, tentonicè ſchleben:) Meſpilorum immaturorũ ſiccorum: Foliorum pruni ſylueſtris: Radicum chelidoniæ maioris, anà unc. unam.

Contuſa benè omnia decoque in libris nouẽ aquæ communis ad conſumptionem medietatis: Deinde fortißimè exprimantur, & comprimendo per ſetaceum equinum colentur. Huius colaturæ libris tribus adde olei myrtini (aut pro eo, olei cydoniorum:) & olei maſticini, an. libram unam & ſemiß. bene miſceantur, & lento igne continuè mouendo ducantur, ſenſim inſpergendo puluerem ſequentẽ tenuißimo cribro tranſcuſſum.

R. caſtanearum (nam cortices earum, niſi plane uſtulati, puluerari nequeunt:) Cupularũ glandium: Corticum medianorum arboris quercus: Gallarum anà ſemunciam.

Cineris oßium cruris bouis: Myrtillorum: Acinorum ex uuis: Acaciæ (loco ſorborum,) an. drachmas duas.

Trochiſcorum de carabe unciam unam & ſemiß. Ducantur & coquantur ad ſpißitudinem unguenti, abſumpto uidelicet humido decocti aqueo. Cùm uerò paratur, aſpiciendum erit, an ſit conſiſtentia, quæ ceram requirat uel non.

VNG. SIVE CERATVM INfrigidans Galeni ex Meſuæ.

R. Cerę albæ unciam unam.

olei

Olei rosati omphacini uncias quatuor.
Aquæ fontis frigidißimæ q. ſ. ad multum diuque lauandum & ſubigendum ceratum, quod tandem ex aceto albo, pauco, claro, ſimiliter ſubigendum eſt, addaturque etiã aliquid aquæ roſaceæ ad odoris gratiam acquirendam. Si qui fortè diutius aſſeruare debent meminerint, ut ſubinde relauent poſca bene acida, ne rancescat.

VNG. MARCIATON SIVE MARcianum paruum Nicolai Alexandrini.

R. Foliorum lauri libras tres.
Rutæ libras duas & ſemiß.
Amaraci libras duas.
Roriſmarini libram unam & mediam.
Foliorum myrti ueræ libram unam.
Eſbrij, id eſt, ſaluiæ: Balſamitæ, id eſt, mentæ criſpæ, odoratæ: Ocymi, id eſt, baſiliconis herbæ, anà uncias ſex.

Contundantur dictæ modò herbæ omnes, & contuſis affundatur tantum olei oliuarum dulcis maturi, ut commodè contegantur herbæ. Macerentur ſic quinque diebus: ac ſexto die ad lenes prunas tã diu coque, donec ſuccus herbarum per contuſionẽ expreſſus conſumatur: Deinde fortißimè cola, & abiectis herbis, adde colaturæ ſequentia, uidelicet:
Butyri uncias quinquè.
Medullæ cerui: Adipis urſini: adipis gallinacei, an. uncias quatuor.

Olei

Olei nardini, compoſiti ſcilicet ſecundum alterum modum Meſuanum, unciam unam.
Liquatis his omnibus pulucrem ſequentem admiſce: Styracis calamitæ uncias quatuor.
Maſtiches uncias tres.
Thuris uncias duas & ſemiß.
Agitatis benè omnibus, niſi iuſta unguenti conſiſtentia emergat, adde ceræ nouæ q. ſ.

VNG. AVT POTIVS EMPLAſtrum diapompholygos D. Nicolai Alexandrini.

R. Olei roſati incompleti uncias decem.
Succi granorum aut etiam herbæ ſolatri unc. octo.
Ceræ albæ uncias quinquè.
Ceruſæ lotæ uncias quatuor.
Plumbi uſti: Pompholygos ueræ, (quod probatißimũ Norenbergæ cõficitur, & weiß nicht appellatur) an. uncias duas.
Thuris unciam unam.
Pulueriſentur quæ ſunt pulueriſanda ut lacohol.
Poſt fac coqui ſuccum ſolatri cum oleo roſato uſq; ad conſumptionem ſucci. Exinde adde ceram cum puluere: & fac inde unguentum & incorpora in mortario. Quando autem ceræ unciæ quinque ſumuntur, tunc emplaſtrum uerius fiet: ſed ad unguẽti formam ſufficiũt ceræ unciæ duæ uel circiter: Sed ſatius & cõmodius eſt, emplaſtri formã retinere.

Hos

Hoc emplaſtrum quibuſdam etiã dicitur VNGVENTVM DE TVTIA, *quòd loco põpholygos ſubſtituant tutiam: atqui ſatius eſt pompholyga uerum recipere, & non cadmiam pro eo, neque tutiam.*

VNG. POPVLEON NICOlai Præpoſiti.

R. *Oculorum populi arboris recentium ſeſquilibram.*

Axungiæ porcinæ recentis præparatæ, id eſt, ſine ſale aliquotics aquâ elotæ, libras tres.

Foliorum papaueris nigri, id eſt, ſemen nigrũ proferentis: Foliorum mandragoræ, pro quibus ſubſtitue folia fabariæ ſiue craſſulæ: Cimarum rubri, ſubſtitue portulacam: Foliorum hyoſcyami: Solatri: Vermicularis ueræ ac refrigerantis: Lactucæ: Semperuiuæ maioris: Bardanæ. Violariæ: Vmbilici ueneris, an. uncias tres.

Oculi populi contundantur, & macerentur in & cũ axungiæ libris tribus præaſſignatis, donec herbæ habeantur per æſtatem, quæ contundantur & miſceantur oculis populi & axungiæ, & dimittãtur per dies decem: Deinde coquantur ſuper lentũ ignem in aceti quantitate ſufficiente, donec acetũ conſumatur: Poſtea colentur & exprimantur, & expreſſum unguentum reponatur.

VNG. RESINAE VSVALE ἀδέσποτον.

R. Reſi-

R. Resinæ: Olei oliuarum dulcis maturi, an. unc. ſex.
Terebinthæ: Ceræ, an. uncias quatuor.
Seui ouini uncias duas.
Thuris unciam unam.
Maſtiches drachmam unam.
Miſce, fiat unguentum, & eſt ueluti aureũ Meſuæ

VNG. ROSATVM MESVAE.

R. Axungiæ porcinæ recentis atq; à membranis ſuis repurgatæ, probeq; lotæ, nouies aquâ calẽte, & toties frigidâ, libram unam, id eſt, uncias duodecim.
Deinde teratur ſeu tundatur cum eâ roſarum rubrarum recentium etiam libra una, menſuralis ſcilicet non ponderalis, ut ſcilicet libram menſuralem roſis fortiter infarcias: hæ inquã roſæ marceſcant cum prædicta axungia ſimul ad dies ſeptem: Funde igni lento: cola.
Rurſus reiterentur roſæ nouæ, ſcilicet, libra una menſuralis, & cum axungia terantur, quæ etiã dies ſeptem cum ea marceſcant: Funde ut prius, & cola.
Tunc affunde ſucci roſarum libram dimidiam.
Olei amygdalarum dulcium partem ſextam, id eſt, uncias duas.
Coque ſimul omnia igni lento ad ſucci conſumptionem, repone.

VNGVEN-

VNGVENTVM RVBEVM camforatum.

R. Olei roſati incompleti libram unam, uncias octo.
Lithargyrij uncias duas.
Minij uncias tres.
Ceruſſæ unciam unam & mediam.
Tutiæ: Camforæ, an. drachmas tres.
Ceræ uncias duas, in æſtate: Sed in hyeme unciam unam.
Fiat unguentum in pila plumbea cum piſtillo plũbeo.

VNG. STOMACHALE MAGISTRALE ex inuentione Patris D. Quirici de auguſtis de terdona.

R. Olei nardin ſecundæ deſcriptionis Meſuanæ: olei maſtiches: olei chamæmelini: olei mentæ.
Olei de abſinthio, an. uncias duas.
Olei cytoniorum uncias tres.
Olei roſati unc. unam & ſemiß.
Macis: Maſtiches: Garyophyllorum: Nucis muſcatæ: Cardamomi maioris & minoris: Galangæ: ligni aloës, an. drach. duas.
Corallorum rubeorum: Seminum coriandrorũ præparatorum: Roſarum rubearum, an. drachmas duas & ſemiß.
Summitatum abſinthij: Mentæ: Florũ camomillæ: Summi-

Summitatum ſquinanthi, an. drachmam unã & mediam.

Conterantur omnia ſubtiliſſimè, & cum pauxillo ceræ fiat unguentum, medium tenens inter duriciẽ & molliciem. Addendo panis bruſtulati, prius in aceto infuſi, & benè expreſſi ſemunciam.

DE CERATIS ET EMPLASTRIS.

CEratum *græcorum à cera dicitur, qua forma græcis* κηρώτη *uel* κηρέλαιον *à cera & oleo, cui miſcetur, ut det materiam, quæ minus promptè diffluat, admiſtis interdum quibuſdam odoratis. Et quæ ita ex oleo cum minore portione ceræ (ut ſuprà dictum eſt in canone, de quantitate ceræ ad oleum) parantur, practicantibus hodie unguenta dicuntur Arabas potius imitantibus quàm græcos: Sed quæ modo eiiſdem practicantibus & arabibus cerata uocantur, ſunt græcorum emplaſtra.*

EMPLASTRA *namque græcis ſunt medicamenta, uaria ſimplicium genera, & metallica præſertim, recipientia. Ea uerò coquebãtur, donec manus non amplius inficerent, & arabibus recentioribusq; cerota, ut diximus, nuncupantur. Ex quorum genere etiam eſſe cenſentur, quæ Sparadrap*

ijſdem dicuntur: Arabum uerò & modernorũ emplaſtra ea ſunt quæ græcis malagmata, (ut patet in emplaſtro de cruſta panis) & epithemata, ex herbis, floribus, farinis, oleis, & adipibus compoſita, quæ tam diuturnam coctionem non patiuntur atq; emplaſtra: nam nequè ſimplicia, ex quibus conflãtur, nequè uſus in quem parantur, id admittit. Licet itaque abuſio uocabuli huius nunc ita recipiatur, attamen quando ex ueteribus huc transſcribimus quædam emplaſtra, illa ſignificatu etiamnum proprio efferuntur, & proinde de illis talem proponemus canonem.

CANON DE FORMANdis emplaſtris.

Emplaſtra itaq; græcorum non multum à ceratis nunc hoc ſeculo dictis differunt, & aliquando cerã reſinamq; recipiunt: admittunt etiam omnes plantarum & animalium partes, item metallica & terrea. Quæ longiorem coctionem exigũt, alijs prius lebeti inijcienda, deinde reliqua. Maior enim ferè in fingendis emplaſtris quàm in reliquis compoſitis parandis difficultas eſt, nec poteſt tota ratio paucis uerbis compræhendi. Emplaſtra nanq; cùm etiam metallica, ut litharg yrum, ceruſam, recipiant, prius hæc oleo & aceto, ſucco, aquâ uel alio liquore adſcripto, ſine igni nutriantur & craſſeſcãt in mortario, uel ſartaginis fundo ſphærico, ſpata

uel

uel piſtillo continenter mota.

Si adhæc pinguia alia emplaſtris debẽtur, hæc ipſa piſtillo calido uel in lebete ſuper ignem lentũ ſpatula ſemper mota, ne uaſis fundo metallica hæreant, probè ad iuſtam uſq; craſsitiem metallicis ita nutritis miſceantur.

Quòd ſi gummis quoquè opus eſt, liquabilia liquentur, ſolubia ſoluantur, puluerabilia puluerẽtur: & poſtrema decoquendis alijs miſceantur ſpathâ ſemper mota. Nam gummi quæ puluerari poſſunt ſunt iſta, thus, myrrha, maſtix, ſarcocolla, ſtorax rubea, quæ tamen gummi non eſt, ſtorax calamita, bdellium, olibanum, euforbium. Maſtix tamen per ſe debet puluerari, quia nunquã cum alijs ſpeciebus puluerizaretur. Adhæc tragacanthũ, & gummi arabicum, & gummi hederæ, & opoponacum, uel puluerari uel liquari etiã poſſunt: Sed ſerapinum, galbanum, & ammoniacũ ſolum liquari poſſunt in uino uel aceto: Gummi item prunorum, & ceraſorum diſſolui debent in aquis: at ladanum cum oleo. Poſtquàm autem liquata fuerint & ad conſumptionem liquorum cocta, colari debent & poni in fine decoctionis emplaſtrorum extra ignẽ ſemper cum ſpatula agitando.

Poſtremo etiam pulueres ſicci in fine addantur.

Intermedio loco ponantur & flores, herbæ, radices. Flos tamen croci manu emplaſtro miſceatur migdalias & offas formantibus.

Sunt tamen quædam metallica, & terrea, lapidea q; in fine miſcenda, ut æs uſtum, cinnabrium uulgare, æruugo, flos æris, ſquama æris, ſulfur, auripigmentum, magnes, bolus armenia, terra ſigillata.

Coquatur autem omne emplaſtrum ad aceti, uini, aquæ, ſuccorum, uel aliorum liquorũ cõſumptionem.

Succi craſſi & ſiccati aliquo liquore ſoluti imponantur poſtremi, cùm ſcilicet emplaſtrum frigere incipit: Succi autem uirides temperẽtur oleo, deinde gummis liquatis ambo miſceantur, & coque igni.

CANON DE FORMANdis Ceratis.

Cerata à cera nomen habent, & unguentis ſolidiora ſunt, ſicut illa oleis. Non conficiuntur abſq; igne. Ceræ enim, niſi liquefiat, non facile eſt aliquid miſcere: liquanda ergo: deinde materiæ admiſcendæ, tandem mánibus oleo inunctis, formandæ in maſſas oblongas rotundas, & chartis oleo inunctis inuoluendæ. Idem de plæriſque emplaſtris intelligi debet. Imo dictus modò canon intelligitur potius de ceratis neotericorum, quæ ad emplaſtrorum ueterum formam accedunt, ut dictum eſt. Nã quòd non poſſit intelligi de ceratis græcorum liquet

quet in cerato Galeni infrigidante, quod modernis potius est unguentum, quàm ceratum. Hinc est, cur in sequenti enumeratione cerata & emplastra confundere cogamur.

ENVMERATIO CERATORUM & emplastrorum vsualium.

EMPLASTRVM CONTRA *rupturam* ἀδέσποτον.

R. *Ceræ nouæ libram unam.*

Resinæ: Colofoniæ: Olei ex uitellis ouorum: Picis naualis, anà uncias quatuor.

Terebinthinæ, uncias duas.

Radicum nenufaris, & florum eius, anà unciam unam.

Radicum consolidæ maioris, uncias duas.

Nucum cypreßi unciam unam.

Gallarum uncias duas.

Boli ueri unciam unam.

Corticum thuris unciam unam.

Aloés uncias duas.

Lapidis hæmatitæ unciam unam.

Lithargyrij utriusque anà unciam mediam.

Mastiches, Myrrhæ: Mumiæ, an. semunciam.

Carabe: Balauſtiarum: Vermium terreſtrium combuſtarum: Roſarum rubearum, an ſemunciam. Galbani, Ammoniaci, an. drachmas ſex. Diſſolue gummi cum aceto, & fiat emplaſtrum. Præparandi autem modus & ordo ita habet: Habeas ad manum tres patellas, unam maximam, & reliquas duas minores. In maxima patella ſuper ignem mediocrē colliqua ſimul ceram fruſtulatim conſciſſam aut fractam: pariter & reſinam, & colofoniam. Deinde in ſecunda patella, liqua picem, quam exinde colatam adde prædictis ad patellam ſcilicet maximam. In tertia uerò patella diſſolue cū aceto galbanum & ammoniacum, & ſuper ignem admodum ualde lentum eliqua, ne uel minimā ſupercalefactionem aut aduſtionem ſentiant, & cola. Deinde & hæc quoque ſuprà dictis ſimul omnibus affunde, uidelicet, quando illa quæ ſunt in patella maxima quodammodo refrixerint, diligenter ſpatulâ circumagendo, & affunde ſimul ac terebinthinam & oleum ex uitellis ouorum: & ilico poſt, reliqua omnia in tenuiſſimum puluerem læuigata, cautiſſimè & diligentiſſimè continuo ſpatha agitando, donec emplaſtri formam acquirat. Poſtremo totum illud ſimul aggregatum proijce ſuper marmor, manibuſq; oleo uel aquâ infectis & humectatis malaxando fac magdalcones teretes, &c. Et ſi uis, eſto tibi hic modus ceu norma formādi emplaſtra conſimilia, ut oxycroccum, diachylon,

lon, emplaſtrum griſeum, &c.

Vnum tamen adhuc notandum eſt circa galbanum, quod illius tertiam partem amplius accipere debes, quàm pondus præſcriptum habet, propter ſordes quæ ei plærunque inſunt, quæ in colatura retrò manere debent, nec tamen decedat quidquã ponderi præſcripto, uerbi gratia: In hac recepta habes galbani drachmas ſex: tu modò recipe drachmas nouem: Similiter & ammoniaci (quod tamen purius eſt galbano, licet nõ ſimpliciter omnino purum) paulo plus quàm pro præſcripto pondere accipies, prout plus minusue impurum fuerit. R. igitur hoc loco, hammoniaci drachmas ſeptẽ aut circiter.

EMPLASTRVM OXYCROceum Nicolai Alexandrini.

R. Ceræ: Picis naualis: Coloſoniæ an. uncias quatuor.

Terebinthinæ: Galbani: Ammoniaci: Myrrhæ: Olibani: Maſtiches, an. unciam unam, drachmas duas, & ſcrupulos duos.

Aceti. q. ſ. Liquida liquentur cum ſ. q. aceti, & ſeuetur modus & ordo parandi, ſicut modò dictum eſt in emplaſtro contra rupturam.

EMPL. DIACHYLON *commune* D. *Meſuæ.*

R. *Lythargyrij partem unam & dimidiam*
Olei dulcis maturi antiqui partes tres.
Mucaginum ſeminum fœnigræci: ſeminum limi:
radicum altheæ, an. partem unam.

Lythargyrum & oleum diu & multum in mortario lapideo piſtillo ferreo ſubigantur & miſceãtur: Poſt igni lento coque, ſpatha ſemper agitãdo, donec liquetur lythargyron, & craſſeſcat. Liquato itaq; lythargyro, & craßiuſculo facto, eximè igni, & paulatim frigeſcat: Deinde mucagines per ſe parumper coctos affunde, permiſce, addendo pariter pollinis florum meliloti (nam mucaginem ſeminum meliloti propter inopiam hic habere non poſſumus) unciam unam ad ſingulas libras emplaſtri totius: uel ad ſingulas uncias emplaſtri, adde meliloti ſcrupulos duos, & erit eadem proportio iuſtißimè. Poſtremò recoque ſimul omnia ad ignẽ ad iuſtã craßitiem. Exinde manibus uerſando formentur magdaleones.

Porro ut efficatius habeamus malacticũ, quod ſimul ſit & diaphoreticũ magis, atq; etiã rhypticũ apoſtematũ iã apertorũ, placet ut in uſuquoq; adducatur emplaſtrũ è mucillaginibus, uti ſequitur.

EMPLAS. E MVCILAGINIBVS *cum gummis ſine lithargyro*

R. Mu-

R. Mucilaginũ ſeminis altheæ: lini: Mediani corticis ulmi: Fœnigræci, an uncias quatuor & ſemiß. Quaſſentur modicè hæ quatuor materiæ ſingulæ per ſe, moxq; ſufficienti aquâ ſupra cãdentes prunas coquantur, donec humectiores factæ, muci ſpeciem de ſe præbeant, moxque per ualidum linteum ualide exprimendo percolentur.

Oleorum camomillæ: liliorum: anethi, an. unciam unam & mediam.

Ammoniaci: Galbani: Opopanacis: Sagapeni, anà unciam mediam.

Ceræ nouæ uncias uiginti.

Croci drachmas duas.

Terebinthinæ uncias duas.

Formetur emplaſtrum ut decet, ſicuti colligere eſt ex canone præſcripto & proxime poſitis exemplis.

Hoc certè etiam eſt diachylon, ſed ob differentiam inſcribatur latino potius quàm græco nomine adiunctis nimirum etiam differentijs, ſcilicet, cum gummis, & ſine lithargyro.

EMPLASTRVM GRISEVM DE lapide calaminari.

R. Reſinæ: Sepi ouini: Ceræ nouæ, an. uncias octo.

Olei oliuarum ſelibram.

Liqueſcant ſimul, & ubi ab igne ſubmoueris, adde Terebinthinæ uncias duas.

Deinde poſt paululum temporis ſpacium immitte ſequentes pulueres Lapidis calaminaris unc. ſexdecim.

Ceruſæ: Ariſtolochiæ rotundæ, an. unc. quatuor.

Lithargyrij argenti uncias duas.

Olibani: Maſtiches: Myrrhæ: Sarcocollæ: Oſſis ſepiæ, an. ſemunciam.

Formetur emplaſtrum.

EMPLASTRVM DE MEliloto Meſuæ.

R. Meleloti uncias ſex.

Florum chamæmeli, Comæ abſinthij, Sampſuchi, Fœnigræci, Baccarũ lauri, radicum altheæ an. drachmas tres.

Seminis apij, ameos, cardamomi, ireos, cyperi, ſpicæ nardi, caſiæ, an. ſeſquidrachmam.

Hammoniaci drach. decem.

Styracis, bdellijan. drach. quinque,

Terebinthinæ unciam unam & dimidiam.

Ficus pingues duodecim.

Sepi caprini, reſinæ an. unc. duas & dimidiam.

Ceræ uncias ſex.

Olei ſampſucchini: Olei de ſpica, an. quantum ſufficit. Aquæ, cui incocta fuerint fœnumgræcum, chamæ-

chamæmelum, melilotus, quanta erit ſatis exquiſitæ aliorum infuſioni, in qua aqua decoquantur primo radices altheæ minutim conciſæ: poſt adde flores meliloti ac chamæmeli. Quando omnia emollita fuerint, contunde piſtillo ligneo in mortario, donec prorſus molles ſint radices pariter (nã ſubſtantia radicum retinenda erit, non ſola mucago) & flores. Deinde ficus humectæ terantur cũ decoctione iſta, & colentur, ac cum prædictis ſimul moueantur permiſceanturque. Poſtea gummi aceto ſoluta, & colata: Seuum uerò, reſina, cera, in oleis liquentur: ac mox coniungantur prædicta omnia, bene ſurſum ac deorſum agitando: Vbi frigere cœperint, tunc terebinthina, & pulueres reliquorum triti cretique injiciantur: Poſtremò ex artè finge magdaleones.

Ita quidem Meſues parat: ſed qui inter noſtros farmacopœos ſunt magis induſtrij & belli, citra coctu̇ram hoc emplaſtrum dexterius cõcinnant, medicamentumq; efficiunt ἁρμοστικώτερον. paretur itaq; hoc modo.

Contundantur omnia ſimul, quæ in pollinem redigi poſſunt, ut melilotus, flores chamemeli, abſinthium, maiorana, fœnumgræcum, baccæ lauri, rad. altheæ, Semina apij, ameos, cardamomi, ireos, cyperus, ſpica nardi, caſia lignea. Ficus etiã ſimul cõtundãtur ſed prius quàm minutiſſimè conſcindi debent

debent cultro ſutorio, nam ſic cum alijs pulueràri poſſunt. Simul etiam terãtur ſtyrax calamita atq; bdellium. Collectis & permixtis horũ omniũ pulueribus liquari debent ſimul terbenthina, ſepum caprinũ, reſina pini, cera, oleum ſampſuchinũ & oleum de ſpica, id eſt, oleum nardinum ſed ſimplex ſecundum primam deſcriptionem Meſuæ. Liquatione reſinarum & ſeporũ cum oleis facta, demum quando frigeſcere incipit liquamen adde diligẽter ſpatula permiſcendo prætuſos pulueres, quibus ita permixtis, affunde illico itidem diligenter permiſcẽdo hammoniaci uino ſoluti drachmas decem.

ἔμπλαστρον φοινικῆ, ἤτοι διαχαλκίτεως. EX GALENO.

Meſuæ dicitur VNG. PALMEVM
Chirurgis VNG. DE COLCOTHAR.
Auicennæ & Serap. VNG. DE CALCADIS.

Poſtquam chirurgi belliores in uſum introduxerũt ἔμπλαστρον φοινικῆν *ſiue* διαχαλκίτεως, *propterea parandi eius formam & modum præſcribemus, ut ſciant farmacopœi, ec quomodo parare debeant ubi requiſiti fuerint.*

R. *Axungiæ ſcilicet porcinæ uetuſtæ à membranis per liquationem & colationem purgatæ libras duas.*

Olei

Olei ueteris: Lithargyri triti & cribrati, an. libras tres.

Chalcitidis leuigatæ, seu eius loci uitrioli pulueri-sati uncias quatuor.

Misce in mortario omnia paulatim. Post coque in cacabo, & moue statim ab initio rudicula, tanquã spatha, ex ramo maiusculo & recentissimo buxi, (quia palmam non habemus) qui ramus qua parte emplastrum attingit, ubi aruit mox præcidendus est, aut ramus nouus sufficiatur. Vbi emplastrum cerati crassitiem assecutum fuerit, inijce cremorem radicum tormentillæ uel bistortæ uino rubro macerarum & modicè coctarũ fortiter expressum, ad pondus unciarum duarum. Coque emplastrũ donec digitos non inquinet.

EMPLASTRVM SIVE CERATUM barbarum Galeni.

R. Picis siccæ libras octo.

Ceræ citrinæ libras sex uncias octo.

Resinæ pini libras quinque unc. quatuor.

Asphalti, id est, bituminis iudaici libras quatuor.

Aduertendum utiq; ut bono ut antur asphalto, quod iam Venetias ex Palestina adfertur, quo si carẽt, aduertendũ ne substituãt pissaphaltũ, siue picem nigram qua utuntur nautæ, substituant potius mumiam, non quidem carnem sicatam,

catam, ſed bitumen in uentre mumiæ.
Olei antiqui libram unam & mediam.
Lithargyri, Ceruſæ, Aeruginis æris an. unc. tres.
Thuris unc. ſex.
Aluminis liquidi, aut pro eo, aluminis rochæ unc. unam & mediam.
Aluminis ſciſſilis, aut pro eo, aluminis rochæ uſti, uncias tres.
Opopanacis, Squamæ æris, Galbani, an. ſeſquūciā.
Aloes, Opij, Myrrhæ, an. ſemunciam.
Terebinthinæ abietinæ uel laricinæ, libras duas.
Succi mandragoræ drach. ſex. Subſtituantur corticēs mandragoræ, aut ſaltem ſuccus hyoſcyami.
Aceti heminas ſex, id eſt libras quinque.
Accipiantur lithargyrum, ceruſa & oleum, & coquātur ſimul donec mellis ſpiſſitudinem acquirāt. Nam ad eam ſpiſſitudinem, ut non inquinent, minimè reducenda ſunt: Poſtea accipiatur pix nigra, & in alio uaſe liquefiat ſupra cineres calidos, non carbones. Cùm pix fuerit eliquata, addatur bitumen Iudaicum tertium per incerniculum ſenſim ac ſenſim inſperſum. Poſt addatur reſina, & reliqua omnia, & deinde ebulliat, donec conſumatur acetum, & non inquinet.

RATIO TINGENDI CERAM EX PLACOTOMO.

Non

Non alienum eſt ad hunc locum referre rationem tingendi ceram, cùm ex officinis ſarmacopœorum ad uarium uſum petatur.

Cera tingitur uel ad candelas ac faces, uel ad obſignandas literas.

Quæ ad candelas & faces tingitur, ea terebinthinam non requirit, aut ualde parum, itē parum olei, ut colores illuſtriores fiāt. Sunt qui tantum extremam ſuperficiem cera colorata affuſa tingunt: alij oleo colorato illinunt.

CERA FLAVA SIC FIT.

R. Ceræ flauæ libram unam.
Terebinthinæ puræ uncias tres.
Liquentur ſimul ſupra carbones: Quidam addunt puluerem curcumæ, quod non opus eſt, ſi cera cruda per ſeſe elegans ſumatur.

RVBRA SIC FIT.

Accipe ceræ puræ libram unam.
Terebinthinæ ſinceræ unc. tres.
Cinnabaris unciam unam, quæ diluatur cum oleò probè mixti pari quantitate, nimirum uncia una.
Cera atq; terebinthina ſimulatq; liquatæ fuerint, remoueantur ab igne: Deinde addatur cinnabaris. Quidam minium, quod tamen non ita eleganter tingit, accipiunt, ſed minore quantitate: Alij utrunque.

VIRI-

Viridis eodem modo paratur. Pro cinnabari accipitur æruginis idem pondus, & miſcentur, ut dixi.

Deinde poſtquam prædictis coloribus cerã infeceris, fundatur in formulas ſculptas, & madida ſpongiâ humectatas: Sed prius ſpuma auferatur candente carbone, uel cerea candela ardente admota, ita enim abſumitur ſpuma. Cauendum autem, ne uel carbo in ceram incidat, uel cinere cera inficiatur.

Notare etiam oportet hyeme plus terebinthinæ quàm æſtate addendum eſſe.

TABVLA SYNOPTICA DE VARIIS MODIS & formis vſurpandi Medicamenta.

HActenus de medicamentis tum ſimplicibus tum compoſitis, & nonnullis eorundem figurationibus ſeu formationibus: nunc coronidis uice ſubijciemus κατ' ὄψιν, quàm multis & uarijs modis atq; adeo formis etiam in uſum producantur. Nam materiæ medicamentorum quædam intra corpus aſſumuntur: Quædam exterius ad corpus admouentur: Quædam foris applicantur, ſuperficiem tamen internam ſubeunt.

MATE

MATERIA ATQVE FORMA MEdicamentorũ quæ intra corpus ſumuntur.

Syrupi
Iulep, Zulapia.
Digeſtiua choleræ.
Flegmatis.
melancholiæ,
Decocta, Apozemata.
Cathartica, Purgantia.
Cholagoga.
Flegmagoga.
Hydragoga.
Melanagoga.
Bolus.
Infuſio, Dilutum purgatorium.
Pilulæ, Catapotia.
Vomitoria.
Electuaria.
Electuaria ſolida.
opiata.
Loch, Eclegmata.
Condita.
Conſeruæ.
Rob, Miua.
Salſa ſiue Condimentum.
Tragea, Puluis.
Trochiſci, Paſtilli.
Formulæ lupinares.

MATERIA ATQVE FORMA medicamentorum quæ corpori exterius admouentur.

Epithemata.
Embrocha. Irroratio, Ducia uulgariter.
Fomentum
Scutum
Cucufa
Sacculus
Nodulus, Puppa, Pupula.
Inſeßus, Stufa, Balneum, Cauteria
Semicupium.
Olea
Linimenta
Vnguenta
Emplaſtrum
Cataplaſma, Malagma.
Cerota
Dropaces
Sinapiſmi.
&c

MATERIA ATQVE FORMA ME-
dicamentorum foris admotorum,
ſuperficiem internam
ſubeuntium.

Odoramenta, ſiue Poma odora.
Suffimenta, Suffitus, Thymiamata.
Collyria.
Errhina, Sternutatoria, Naſalia, Caputpurgia.
Gragarizatus, Gargariſmata.
Apophlegmatiſmi, Maſticatoria.
Dentifricia.
Epomphalica
Peßi, ſiue Naſcalia, μυ-
τρεγχύτης.
Catheteres.
Clyſteres.
Glandes, Balani, Suppoſitoria. &c.

FINIS.

ERRATA QVAE IN-
ter legendum comperimus, ita reſti
tuantur, numerus cifrarum fo
lia ſeu paginas notat: b. alteram pagel-
læ faciem. Reliqua uerò errata leuio
ra grammaticis corrigenda
diſßimulauimus.

Fol. 7. verſ. 22. excretaque fuer. lege, fuerit.
Fol. 9. verſ. 15. ἐξ ἐπὶ μίθρου, lege ἐπὶ μίθρου.
Verſ. 23. obrad. lege, abradatur.
Ibid. b. verſ. 11. inculan. lege incidantur.

verſ.

Verſ.21.Atheę:lege,Altheæ.
Fol.10.verſ.2. paſtina ſat.leg. paſtinaca ſatiua.
Ibid.b verſ.5 bſtrutij,lege,oſtrutij.
verſ.11 Cacumer,lege,Cucumeris.
Fo.12.verſ.11 ADSERVANDA,expungendũ, & ſequẽtia prioribus ſine capitali litera vnico contextu ſubiungi debent.
Ibid.verſ.19.in vigore ſunt colligendę:lege,in foliorum vigore ſunt colligendæ.
Fol.13.b.verſ.9 Baptiſta Mantua.lege,Mõtanus
Ibid.verſ.11.errhimo:lege,errhino.
verſ.21.Mels,lege Meld.
Fol.14.verſ.4.prumella:lege,prunella.
Ibid.verſ.22.Carducillus:leg.Carduncillus.
Fol.15.verſ.vltĩo.Perſicaria maculata,hydropiper:lege,perſicaria maculara, Perſicaria nõ maculata,hydropiper.
Fol.16.b.verſ.21.Mezireon:lege,Mezereon.
verſ.vlt.Eę enim ant quam,lege, antequam.
Fol.17.verſ.2.gemiſtæ,lege,geniſtæ.
Ibid.verſ.21.Branellæ,lege,Brunellę.
verſ.25.dilatorum,lege,dilatatorum.
Ibidem b.verſ.15.vngalæ,lege,vngulæ caballinæ aquaticæ.
Fol.18.verſ.vlt.Aminios,lege,Ammios.
Fol.20verſ.11.granu Ben.lege,granum.
verſ.18.Cerpobalſamum,lege,Carpobalſ.
verſ.14.Granata iuniperi.lege,Grana.
Fol.24.verſ, 2.muſco,lege,muſto.
Fol.25.b.verſ.10.penitus,lege penitius.
Fol.26,verſ.penult.admiſſa aqua,lege,admiſta.
Ibid. b.verſ.16. lege,ὀπιζουται καὶ χυλζουται
Fol.27. verſ.17.in claſſe Rob.adde,fol.88.b
Ibid.b Verſ.10.Acetoſitas citri mali:lege, Acetoſitas citri,Succus acidus citreimali.
verſ.16 pyracanthiæ: lege, pyracanthæ.

Ver.penult.sub ima classe:leg.sub vna classe
Fol.28 ver.13.Colonię snyrd:lege,suyrd.
Fol.32.b.ver.5.lege,vulgo Mādibula lupi piscis
Fol.33.b.vers.7.eadem,lege,eodem.
Ibid.vers.penult.Plumia:lege,Mumia.
Fol.37.b.vers.15 in vsum lege,in vsu.
Fol.38.vers.21.ideo vere loco:lege.Veræ
Ibid.b.vers.2 aliquandotamen.lege,aliquanto
Fol.39.vers.11 nuruorum modo:lege,neruorū
Fol,43.b.vers.6.vsurpare:lege.vsurpari.
vers.8.Inde:lege,Indæ.
Fol.44.vers 4.aqua intus:lege,aquam.
Ibid.b.vers.10.Seruantur in fictili:leg.fictile
Fol.48.vers.4.alia nulla:lege,aliarum nulla.
Fol.49.vers.23. menitha:lege,memitha.
Ib.b.vers.12.oppopnax &c.leg.Opopanax succus est effluens ex incisa radice.
Fol,50.b.vers.1.pulueruscat:leg.pulueresca.
Fol.51.b.vers.15,Semine lini:subiūge,aut milij.
aut psyllij.
vers.22.perlunens:legeperlucens. (dius
Fol.52.b.ver.4.alb' est & cal leg albi' èst & cali
Fol.53.ver.20.variarūq3.leg.variūq3 odorē hab
vers. 23. Ebio insula:leg.Chio insula.
Ibid.b.vers.7.affluit:leg.effluit
Fol.54.vers.8.coactis:leg coctis.
Ib d.b.vers.3.vernia:lege,vernix
vers.23. resolabile:lege,resolubile.
Fol.55. vers.penultimo flauus &siccus :lege,flauius est siccius.
Fol.56.vers.18.Epiratarum:leg.Epirotarum.
Ibid.b.vers.9.lege,ἀλεκτρον,
vers.12.Agstein:subiunge,& Bernstein.
vers.18.ritibus:lege,retibus.
vers.24.Gaganes:leg.Gagates.
Fol.58.b.vers.14.idē rac leg.id est, racemosa.

Fol.

Fol.60.verſ,17,herbæ coli:lege.cali.
Ibid.b.verſ,13 Serapio in auripigmenti:lege,Se-
rapioni auripig.
Fol.61.ver.12.Cinnabarum:le,Cinnabrium
verſ.23.effuſionem:le,offuſio nem
Ibid.b.verſ,9 plumbiginem:lege,plumbaginem
verſ.antepenult.nitro:le.intro
Fol.62,verſ.19 marinas:le.marinus
verſ:penult.infirmiſsimus&vulgaris:leg.eſt
vulgaris.
Fol.63.b.verſ 11.euoluat:lege,euolat.
Fol 64.verſ,7.Stomia ferri:le.Stomoma fer,
Ibid.b verſ.8 mocto:lege,modo.
Fol.66 verſ,1.lege,ἔλκυσμα
Fol,67 b verſ.antepenult. aquam:le,aqua:
Fol.68 verſ 1.excipitur:ſubiũge.rurſus aqua a-
gitatur,pingueq3 excipitur, & hoc deinceps
Fol.69 verſ.3.bitumine:le.bitumini.
Ibid.b verſ.2 vitrate:le.vitrato.
Fol.70 verſ.22 ſapere:le.ſapore
Ibid.b.verſ.penult.inuſtili:lege inutili
Fol.71.verſ.10.habent:lege,habet.
Fol.74.verſ,19 & ſaccharũ rubeũ:leg.vt ſaccha.
Fol.76.verſ.25.vitis ſemen:lege,viticis.
Fol.78.ver.5,conſumatũ:lege,conſummatũ
verſ.9.præ cæteris uſualium:lege.pręcæteris
magis vſualium.
verſ.10,hunc transferre:lege,huc,
verſ.12,lactam:lege,laccam.
Fol.79.b.in annotation.marginal,verſ,23.in
ſuos eſus:lege,vſus.
Fol.80.verſ 21 præcioſiore:lege,pręciſiore
Fol.81.verſu 8 ſuæ chylũ:lege,ſiue chylum.
Fol.82.verſvlt obſeruan:lege,adſeruandorum
Ibid.b verſ.penult canone primo:le. proximo.
Fol.83 verſ 6 adſeruatur lege,adſeruantur

vers.13 simplici:subiũge,duplici, vel triplici.
Ibid.b.vers.2.folia integra condiunt:Subiunge.
Reliqui minutissimè incisi vel tusi,saccharo condiuntur: similiter & herbę &c,
ver.11.vt,partem vnam, leg.vt ad partẽ vnã:
Fol.84-vers.14.non satis diu durant:dele,non.
vers.25.lege, Enumeratio florum integrorum conditorum.
Ibid.b.vers.18,lege,adde absinthij viridis.
vers.20.decem de octo:lege,decem & octo.
Fol.85.b.vers.9.nominibus,le.nominabimus.
Fol.86.vers.2.milonis,lege,melonis.
ver.6.plurib' festucisle.puluerib' festucis.
Ibid.b,vers,2.mouentur,lege,mouetur.
vers.5.succetur,lege,siccetur.
vers.vlt.saccharo abducunt,le,obducunt
Fol.87,vers,6 vsurpari,Subiunge,solito.
vers,8.necessitatem,subiunge,aut vtilitatem
vers.16,iuglandium,Subiunge,viridium.
Ibid.b,vers.6.[potest &ex viliori parari,Subiũge,imo meliori vilius, vtpote Thomæũ,addi debet,vt tractabilius propter vnctuositatem fiat opus)
vers.17, parieti infixo obuoluitur, subiunge:& assiduè vtraq3 manu,vel alternis alterutra veluti funis aliquis trahitur retrahiturq3, rumpitur, duplicatur:retractũ iterũ atq3 iterũ clauo obuoluitur:idq3 tantisper,&c.
vers,23 receptũ est. Adde,vilius tamẽ & vnctuosius saccharũ plèriqz addũt.vt modò de Thomæo exemplificauimus, & supra aliquoties meminimus insaccharo fol 50.
Fo.88.ver.antepennlt. seu artificibus:leg. ceu.
Ibid.b,vers.24,purgantur:legepurgentur.
Fol.89.b,vers.23,Ros nucum:lege,Rob.
Fol.90.vers.10.in cerati consistentiam,Subiunge.

ge: faciunt gelatinã cydoniorũ: Quod eſt reliquum, violentius comprimente cochleari, cretũ, & cum ſaccharo percoctũ, ad emplaſtr prope conſiſtentiã, cydoniatũ vile &c.

Ibid. verſ. 12. cũ ſaccharo: lege, & cum ſaccharo.

Fol. 91. verſ. 8. quàm ſyrupus: lege, ſyrupos.

verſ 27. poſsint: lege, poſſunt.

Fol. 92. b. verſ. 9. at ſyrupi: lege, vt ſyrupi.

Fol. 93. b. verſ. penult. ſaccharũ vel mel, Subiũge: ſint addẽda: an ſtatim expreſsis ſuccis ſaccharum vel mel incoqui &c.

Fol. 95. verſ. 2. manicum, lege, manuum.

Fol. 96. b. verſ. 17 pecorales. lege, pectorales.

verſ. 21. nigrum illum, lege illud.

Fol. 97. b. verſ. 24. omnia ligneo trade, lege, oſia vaſi ligneo.

Fol. 99. b. verſ. 14. pœniæ, lege, pœoniæ.

Fol. 101 verſ. 10. traxicon, lege, taraxicon.

Fol. 102 verſ. 19. injiciatur thamarindi, lege, injiciantur.

Ibid. b. verſ. 2. Suchabæ, lege Suchahæ.

Fol. 103. b. verſ. 9. adcompoſitionem, lege, conſumptionem.

Fol. 119 b. verſ. 14. capionis, lege, caponis.

verſ. 6. medicidarum: lege, medicinarum.

verſ. 14. ſcentque, lege, ſtentque.

verſ. 20. vulgo cõfractiões, lege, cõfectiones

Fol. 122. verſ. 10. veluti craſsia, lege, caſsia.

verſ. 22 ac latera, lege, ad latera.

Ibid. b. verſ. 3. muneramus, lege, numeramus

verſ. 17. vobis, lege nobis.

Fol. 127. b. verſ. 3. lege, digitis.

Fol. 127. verſ. 17. quia minus: ſubiunge, vel etiam nihil ſacchari.

Fol. 128. verſ. 18. calore violaceo, lege, colore.

Fol. 137. b. verſ. 22. enumeranimus R. 5. leg. enume-

merauimus ſuprà Fol.132
Fol.143.verſ.4.ezoticæ:lege,exoticæ.
Verſ.vlt.expiret:lege,expirent
Ibid.b.verſ.23.fruſtra electa:leg,fruſta
Fol.144.verſ.5 ℥ xij: lege drachmas duodecim
Ibid.b.verſ.10.lege ſuccedaneum
Fol.145.verſ.5 donec liquefiat: leg. reliquefiat
Ver.20.videlicet ex plũbo albo, quod hodie ſtannum appellant:hæc omnia deleantur
Fol.155. ver.18.& his quo que:Subiunge,adde
Fol.160.ver.b,antepenult.thymiatis: lege,thymiamatis
Fol.166.b.verſ.19.lege meminimus fol.127.
Fol.181.b,Ad medium pictæ fornacis, ſignetur vtrinque litera.ſ.
Ad receptoriũ prope imũ vaſis,notetur lit.N
Fol.182.ver.20.conuinctim:lege,coniunctim
Fol.183.b. ver.19 exercitioné:lege exercitatio.
Fol.190.verſ.20 lacohol:lege,alcohol.
Ibid.b,verſ.15.Cimarum rubri:lege,rubi
Fol.192.ver.11.cui miſcetur:le,cui cera miſcetur
Verſ.antepenult.Liquida liquentur:lege, Liquanda liquentur,
Verſ.penult.ſeuetur:lege,ſeruetur.
Fol.198.b,verſ.21 tertium:lege,tritum.

INDEX

UNIVERSIDAD CENTRAL
BIBLIOTECA
DE LA PROVINCIA

INDEX IN DISPEN
SARIVM REIPVBLICAE
Colonienſis.

A.

Abſinthij Romani Cõſeruat. 84.b
Acetum Roſaceum 116.b
Acetum Roſmarinatum. 117
Acetum Saluiatum. 117
Acetum Sambucatum. 117
Acetum Scillinum. 117
Acetum Vuarum. paſſarum. 117.b.
Acorus Verus uel Galãga maior. 34.b.
Adipes. Vide Axungiæ. 33
Aeris Flos. 59.b.
Aeris Squama. 59.b.
Aes Vſtum. 59.b.
Agaricus. 39.
Agarici Infuſum. 115.b.
Aloe. 46.
Aluminis tria genera Liqdũ. Rotundum & ſciſcile. 60.
Alumina factitia tria Calinũ fæcũ & ſciaiolæ. 60 Item Alumen Rochæ & Zuchariſinum. 60.
Ambra odorifera. 55.b
Ammij 40.
Ammomum. 40.
Amygdalæ. 41.
Anacardus. 41.
ab Animalibus deſumenda & ſeruanda. 31.32.33.b.34
Antidota. 120
Antidotus hæmagogos. 136.
Antimonium. 64.
Apozemata. 110.
Aqua Caponis. 119
Aqua Cicerum. 111.
Aquarum diſtillatarum Canones. 24.
Aquarum diſtillatarũ obſeruandarũ enumeratio. 24.25
Aquæ diſtillatæ & de diſtillandi modis 23.
Aqua fructuum. 111.
Aqua Hordei 111.
Aqua Mulſa, uel mellis. 97.
Aqua Vitæ compoſita. 118.
Arantium Malum. 42.

Armoniacum. 51.
Aristologiarum censuræ. 34. b. 35.
Aromaticũ Rosatũ. 128. b
Arsenicum rubrũ chymistarũ est Græcorũ sandaracha. 60 b
Asa fætida. 47.
Asa aromatica, siue liquor Cirenaicus seu Indicus Vulgo Benzoin 46. b
Asphaltum. 45. 55. b
Athanasia maior. 139. b
Auripigmẽtũ rubrũ Serapionis est sãdaracha Græ. 60. b
Axungiæ. Adipes. Pinguedines earundemq; seruandarum enumeratio. 33.
Balanus Mirepsica siue Bẽ. 41
Balaustium. 39.
Bdellium. 51.
Bedeguar. 38.
Belzoin 46. b. 51.
Ben albũ & Rubeũ. 35.
Benedicta laxatiua. 247
Blatta Bizantia seu Vnguis odoratus. 56. b
Bolus Armenia. 57.
Borax duplex Metallica & factitia. 62. b
Cadmia fornacum. 58. b
Cadmia Veterum est officinarum Thutia. 64.
Calamus Aromaticus. 35.
Calaminaris lapis, seu Cadmia lapis. 58. b
Camphora. 51.
Cantharides. 66. b
Cardamomum. 40.
Caricæ seu ficus paßæ. 42. b
Carpobalsamum. 41. b
Carthamus seu Cnicus. 40. b
caßia fistula. 41. b
Caßia Græcorum siue canella uulgaris. 45.
Castorium. 67.
de Ceratis & emplastris. 192
de Cer. formãdis. 186. 194. b
Cera optima. 681
Ceram flauam facere. 199.
Ceram rubram facere. 199.
Chalcitis. 61.
Chalybis limaturæ præparatio. 138. b
Cinabrium Neotericorũ & Græcorum. 61.

Cinamomum. 45.b
Citrium malum. 42.
Coagulum leporis. Item hædi hinnuli. uituli marini. 68.
Collyria siue sief. 165. 159.b
Colocynthis. 42.
Cõditæ radices 80.b.97
Confecta quæ dicantur Officinis. 85.b.120.
Cõfectioẽs qdicãtur offi. 85b
Confectarum parandarũ Canones. 85.b. 86.
Confectarum saccharũ quomodo colorandum. 87.
Confectio Hamech. 247.
Conseruarum Canones. 83. b earũdẽm duratio, repositio & enumeratio. 84.85.
Copporosa. 66.
Corticum Canones, & sernãdorum enumeratio. 22.
de Corticibus cõdiendis 80.b
Corticum & fructuum conditorum enumeratio 82.
Costus. 35.
Crocus. 39.b
Cupreßi pillulæ. 42.
Curcuma. 35.b
Cyperi radix. 35.b
Cyrenaicus liquor. seu Benzoin. 46.b
Dactyli seu palmæ fruct. 42
de Decoctis & Apozematibus. 110.
Decoctum hordei. 112
Decoctũ Carminatiuũ. 112.b
Decoctum Commune. 113.
Decoctum Commune Refrigerans. 113.b
Decoctum Myrobalanor. 113.
Decoctum pectorale. 113.
Diabaccenatũ uel Zelea Vacciniorum. 89
Diacorum Mesuæ. 136
Diacaßia præparata Vsualis. 148.
Diacaßia cum Manna. 147.b
Diacatholicon. 148.b
Diachalcyteos Emplastrum. 197.b
Diacodion. Vide Loch de papauere
Diacalaminthes 129.
Diacinamomu 129.
Diacorallium Vsuale 129
Diacurcuma maior. 128.b

Diacy

Diacydoniũ Gẽmæ Phryſij 90
Diacyminum Nicolai. 129.b
Diagalanga Meſuæ. 130.
Diagrydij præparatio. 116.
Diairis ſimplex. 130
Diairis Nicolai. 137.
Dialacca Magna Meſuæ. 130.
Diambra. 128. b.
Diamargaritõ Calidũ. 130. b
Diamargariton Frigidũ. 131.
Diamoſchu dulce. 131.
Diamarenatum ſimplex ſiue Zelea amarenarum. 89.b.
Diamoron ſimplex. 89.b.
Dianthon. 129.
Dianucum. 89.b.
Diapapauer Vide Loch de Papauere.
Diapõ Pholigos Vide ũguẽtũ
Diaprunis ſimplex. 149.
Diaprunis Laxatiuũ. 149.b.
Diaphœnicum. 149,
Diarhodon Abbatis. 131.
Diaſatyrion. 137.
Diatragacãthũ frigidũ. 131.b
Diatrion pipereon. 132.
Diatrionſandalon. 132.
Diphryges. 61
Diſtillandi aquas modi 22. liquot 23.
Diſtillatio per deſcẽſum. 23.
Diſtillatio p aſcẽſum triplex 23.
Dragaganthum. 51.b
Eclegmata ſiue Loch. 108.
Elaterium. 47
de Electuarijs ſiue Antidotis uulgo cõfectionibus & eorum Canonibus. 120. 121. 122. 123. 124.
de Electuarijs Aromaticis ſolidis. 125.
Electuariorum mollium Canones. 134.
de Electuarijs Opiatis. 139.
de Electua. catharticis. 146.
Electuaria in puluerũ forma quomodo aſſeruanda. 127.
Elect. de Ba. Lauri. 137. b. 132
Electuarium ex Pſylio. 150. b
Electuarium Reſumptiuum .138.
Elect. Roſatũ Meſuæ. 150.
Electuarium è ſucco Roſarũ Nicolai 150.b
Electuari. Ducis. 132. b

Electuariũ Letificãs. 133.
Electuariũ Reginæ. 133. b
Electua. Indi minoris. 149. b
Elixir ſiue aqua Vitæ. 118.
de Emplaſtris & ceratis. 192
de Emplaſtris formandis Canones, 186. 193
Emplaſt. Barbar. galeni. 198
Emplaſt. Diachylon. 195. b
Emplaſt. Diachalcyteos 167.
Emplaſt. Gryſeum de lapide Calaminari, 196.
Emplaſt. de meliloto. 196. b
Emplaſtrum è muccilaginibus cum gummis ſine litharg yro 169.
Emplaſt. oxycroccum. 195
Emplaſt. cõtra Rupt. 194.
Epithymum. 38.
Eruum. uide Orobus.
Eupatorium. 38. b
Euphorbium. 52.
Eſulæ. Infuſio. 116.
Eſula. 35. 36.
Fel animalium 68.
Flos æris 66.
Ficus paſſæ ſeu Caricæ 42. b.
Florum Canones, & ſeruãdorum enumeratio. 16. 17.
Flores Cordiales qui. 75.
de Folijs herbarum Cano. 16.
Foliorum ſeruandorum enumeratio. 16. b.
Fragmenta præcioſa quæ. 75
Fructuum Canones. 19. b
Fructuum ſeruandorum enumeratio. 82.
Fructuum & Corticum Conditorum enumeratio. 82.
de Fructibus Cõdiẽdis. 81.
Frumentaceorum & Leguminũ Canones & enumeratio. 21.
Galbanum. 52. b
Galanga maior uel acorus uerus. 34. 36
Galla omphacitis. 42. b.
Gallus. annoſus. 66. b.
Gentiana. 36.
Glycyrrhizæ ſuccus 47. b
Granatum malum 42
de Gummi & Reſinis, earumdemque enumerat. 29
Gummi Arabicum. 53.
Harmel. 40. b.
Hæmagogos Antidotus 136.

Hæmatites 59
Herbarum colligendarum canones. 12.
Herbarum ſiccandarum canones. 12.b
Herbarum reponendarum canones 13
Herbarum duratio 13
Herbarum ſeruandarum enumeratio 13.
Herbæ mollitiuæ quæ 75.
Hermodactylus 36
Hiera Colocynthidos 151.b
Hiera Galeni 151.
Hippocraticum uinum 119.b
Hydromeli 97
Hyoſcyamus 38.b
Hypociſthis 47.b
Hyſſopum 38.b
Indum minus 150. 149.b
Iecur lupi 67.
De Infuſis 113.b.114. 115.
Infuſum Agarici 115.b
Infuſum ſcammonij 116,
Infuſum ſeri lactis 116.
Iuiubæ 43.
Iulep aliquando dicitur ſaccharum ſimplex ſyrupus 80
Iulep ſignificationes 90.b 91
De Iulepis canones 91
Iulep Acetoſæ. 91.b
Karabe 56.b
Lacca ſiue Can camum 53.
Lachryma 27.b
Ladanum 47
Leguminum canones & enumeratio 29
Lapidum ſeruandorum enumeratio 29
Lapis Armenius 59.
Lapis Iudaicus 59
Lapis Lazuli. 59.
Lignorum aſſeruandorum enumeratio 21.b
Lignum Aloes 44.b
Lignum Guaiacum 45
Limaturæ Chalybis præparatio 138.b
Limonis malum 42
Liquor quid 27.b
Lithargyros 61.b
Loch ſiue Eclegmata 108
Loch de caulibus 108.b
Loch de Pſylio 109
Loch de papauere 108.b
Loch ſanum & expertū 109

Lupi hepatis præparatio 31.b
Lumbricorum puluis 169
Lupi inteſtinorum præparatio 31.b
Macis 46
Malabathrum 39
Manus Chriſti ſimplex 127b
Manus Chriſti perlata 128
Manna 48
Manna thuris 53
Marinorum ſeruandorum enumeratio 29.b
Margaritæ 57
Marum 38.b
Maſtiche ſiue lentiſcina Reſina 53
Meconium quid 49.
Medullæ 33.b
Mel 48.68.b
De Melle & Saccharo ſpeciebus aromaticis Electuariorum permiſcendo. 134
Mel Mercuriale 104
Mel paſſulatum 90
Mel roſatum 104
Mellis ſyrupus ſimplex uti fiat 79.b
Melicratum 97
Metallica quæ aſſeruanda 30.
Micleta Nicolai 133.b
Mithridatiũ Damocrat. 139 b
Miua. 88
Miua Cydoniorum ſimplex 90.
Miua Cydoniorum aromatica Gemme Phryſij. 90
De Moriellis & Tabellatis cõponendis 126.127
Moſchus 67
Mucharus roſatus 107
Mumia 68.b
Muſcus arborũ ſeu Vſnea 39
Myrobalani fructus 75
Myrobalani Citrinæ. Cepulæ Indæ. Emblicæ. Bellericæ. 43.b
Myrobalanorum decoctũ 113
Myrrha ſtacte eſt liquidus ſtorax 55.
Myrrha. 48
Myrthi baccæ 43.b
Naphtha 56
Nigella 40.b
Nihili albũ eſt põpholix 63.b
Nihili Gryſeum eſt ſpodium. 63.b.

Nitri

Nitri differentiæ 61.b
Nux muſcata, 43.b
Nux Indica. 44
Ochra 57.b
Oeſypus 67.b
Oleorum differentiæ 171.
De oleis per expreßionẽ 171.
De oleis per infuſionẽ parandis 173. 174
De oleis per diſtillationẽ 179 180. 181. 182.
Oleum amygdalarum amararum. 171.
Ole. amygdalarũ dulciũ 171.b
Oleũ abſynthij. 174.b
Oleũ Anethi. 175.
Oleũ ex Capparibus. 175.
Oleũ Caſtorei ſimplex. 175.
Oleũ Chamæmelinũ 175.b
Oleũ Cheiri florum 175.b
Oleũ Coſtinum. 175.b
Oleum Cydoniorum. 175.b
Oleum Hyperici. 176.
Oleum Iuniperi. 183.
Oleum Laurinũ 172.
Oleum laterinum. 183.b
Oleum lini. 172.
Oleũ Liliorum ſimplex. 176.
Ol. Liliorũ compoſitũ 176.
Oleum Lumbricorum. 176.b
Oleum Maſticinum. 177
Oleum Macis. 172.b
Oleum Mentæ. 177
Oleum Nardinum. 177
Oleum Nenupharinũ. 177.b
Ol. Nucum Iuglandium. 172
Ol. nucum Moſchatarum. 172
Oleum oliuarum. 49
Oleum omphacinum. 49
Oleum ouorum. 172.b
Oleum petrolei natiuum. 171
Oleum Papauerinum. 177.b
Oleum Philoſophorum ſiue de lateribus. 183.b
Oleum Roſatũ cõpletum. 178
Ol. roſatum incõpletum. 178
Oleum Rutæ. 178
Oleum ſcorpionum. 178
Oleum Violarum. 178.b
Oleum Vulpinum. 178.b
Opium. 49
Opocalpaſum non eſt myrrha 48.b
Opopanax 49.b
De orbiculis ſiue rotulis parandis. 125. 127

randis. 125.127.
Orobus siue Eruum. 44.b
Oxymel simplex. 105.
Oxymel scilliticũ simpl. 105
Palmeum Emplastrum uel unguentum. 197.b
Passerum Cerebella 67
Penidium. 87.b
Perlæ 57.
Petroleum 56
Philonium Persicum. 141.b
Philonium Romanum. 141.b
Pillularum canones. 152. 153. 154.
Pillulæ ex Agarico. 154.
Pill. Aggregatiuæ. 154
Pill. Alephanginæ 155.
Pill. Aureæ. 155.b
Pill. de Bdellio. 155.b
Pill. de Benedicta. 155.b
Pillulæ ante cibum uel Aromaticæ. 154.b
Pill. Cochiæ Rhasis. 155.b
Pillulæ communes uel pestilẽtiales. 156.
Pill. è Cynogloſſa. 156
Pill. fœtidæ maiores. 156.
Pill. ex fumo terræ. 156.b
Pill. Hieræ Galeni. 156.b
Pill. Hieræ cũ Agarico 157.
Pill. Hieræ Colocyntidos. 157
Pill. Indi Hali. 157
Pill. Lucis maiores. 157.b
Pill. de Nitro Alexãdri 157.b
Pill. de Rhabarbaro. 158.
Pill. de Sagapeno. 158.
Pineoli. 41.b
Pinguedines uide Axũgiæ. 33
Piper. 44
Piſſaſphaltos 56
Piſſelcon. 53.b
Piſtacia. 44.
Pix 53
Pix Græca 54
Polypodium. 36.b
Pompholyx eſt nihili album Arabum Thutia. 63.b
Propolis. 69
Præcipitatum 169.b. 170
Pſylium. 40.b
Ptiſanæ Hordei decoctũ 112.
Pulueres ſiue ſuffuſ. 166. 167
Pul. Benedictæ laxatiuæ. 247
Pul. ad Epithema cordis. 168.
Puluis cõtra caſum 169
Pul. ad epithema hepatis 168.b

Pul.Hieræ picræ Galeni.151.
Pul.Hieræ Colocyntidos 151.
Pul.Indi minoris 150
Pul.cõtra lumbricos 168.b
Puluis ex lumbricis quomodo præparandus 169.
Puluis paſſauantij cum rhabarbaro 152.
Puluis Senæ ſolutiuus Braſſauolæ 152
Pul.Trociſcorũ de uiolis 152b
Pulmones animalium 67
Radicum colligendarum canones. .76
Radicum diuerſa natura quoad tẽpus durationis 8.
de Radicum matrice lignea auferenda 8.
Radicum mundificatio & repoſitio 9
Rad.ſeruãdarũ enumerat.10.
Rad.condiendarum canones, & quæ condiãtur 79.80.b
Radices duæ quæ 75
Rad.quinq; quæ ſint 75.b
Renes ſimiorum 67.
Requies Nicolai 142
Reſina 54
de Reſinis & Gummi earundemq; enumerat. 28.b
Rhabarbarum 36.b
Rhaponticum 36.b
Riſagallum Arſenici ſpecies 60.b.
Rob uel Robub 88.
Rob de Berberis. 90.b
Rob.nucum 89.b
Rob de Ribes 90.b
Rob ſimpliciũ & compoſitorũ canones & eorũdem enumeratio 89.
Rubrica 57.b
Rubrica ſinopica uulgo Bolus armeni 57.b
Saccharum eiuſq; differentiæ 49.b.50.
Saccharum Candi 62
Saccha.quomodo coquitur & clarum reddatur 80
Sacchar. ad perfectionem coctum quid 80.b
Sacchar.Penidium 87.b
Saccharum Roſatum 128.
Sacchar.Violatum 128
Sagapenum 54.b
Salis differentiæ 61.b.62

Sālis uel maris flos 62.b
Sal nitri. 61.b
Sal gemmæ. 62
Sal ammoniacus 62
Sal communis 62.
Sal alcali 62.
Salis ſpuma 62
Sal naphthicus 62
Sandaracha græcorum eſt metallicares 62.b
Sandaracha Arabum eſt Vernix ſiue gummi Iuniperi 62.b.54.b
Sandala 75.45.b
Sanguis 69
Sanguis hircinus uti præparetur 69
Sang. draconis 50.b
Sapa 58
Sarcocolla 54.b
Satyrion 37
Scammonium 50.b
Scammonij infuſio 116
Scordium 38.b
Scoria metallorum 63
Scoria æris 65.b
Scylla uel ſquilla 37.
Sebeſten 43
Seif ſiue collirium 159
Seminum canones 18
Sem. calida maiora quæ 75.b
Semina frigida maiora & minora 57.b
Sem. ſeruandorū enumerat. 18
Serapinum 54 b
Sigillum lemnium uel terra lēniaſigillata 58
Simplicium uſualium Cenſura á folio 34. ad folium 69
de ſimplicibus aſſeruandis canones uniuerſales. 45
Simplicium præparationum differentiæ 77
Simplicīū medicamentorū appellationes abſolutè ſcriptæ quid uſurpādū pharmacopolis ſignificēt à fol. 70 ad 75
Sperma Cæti 62
Spodium dicitur Graw Nicht 63.b
Spodiū Auicennæ 63.b
Spica Celtica 37.b.38.b
Spica nardi 37.b
Squama Metallorum 64
Squinanthum 39.b
Stomoma ferri 64

Stimmi uel ſtibium uide Antimonium
Storax liquidus eſt myrrha ſtacte 55
Styrax calamita 55
de ſuccedaneis medicamẽtis 76
Succinũ uel Carabe 56
Succus quid 27.b
de ſuccorũ & liquorum extractione, confectione & repoſitione canones 26
eorundemq; ſeruandorum enumeratio 27.28
Succorum reponendorum & aſſeruandorum modi 88.b
Suffuſ ſiue pulueres 166.167
Syrupus ſimpliciter ſcriptus quid & unde 79.b
Syrupi ſimplices & compoſiti 92.93
Syruporum ſimplicium ex ſuccis plantarũ canones 94
Syruporũ cõpoſitorũ ex decoctis plãtarũ canõ 94.b. 95
Syr. ſimpliciũ & cõpoſitorum canones cõmunes 96
Syrupus Abſynthij uulgaris uel ex abſynthio ſimplex 98
Syr. abſinthij romani compoſitus 98
Syr. acetoſus ſimplex 98
Syr. acetoſus compoſitus, uel cum radicibus 98.b
Syr. ex acetoſæ ſucco 99
Syr. ex Agreſta ſiue Omphacio 99
Syr. Arthemiſiæ 99.b
Syr. ex Betonicæ ſucco 100
Sy. Bizãtinus ſiue Dinari 100
Syr. ex Boraginis & Bugloſſæ ſucco 100
Syr. ex Bryoniæ ſucco 100.b
Syr. Calaminthæ 100.b
Syr. è Cichorei & endiuiæ ſuccis 101
Syr. è Cichoreæ cõpoſitus 101
Syr. conſeruationis Corticum Citri 101.b
Sy. Cydoniorũ ſimplex 101.b
Syr. ex Epithymo 101.b
Syr. de Eupatorio 102
Syr. è fumariæ ſucco 102.b
Syr. Glycirrhizæ uel liquiritiæ 102.b
Syr. ex Hyſſopo 103
Syr. ex Iuiubis 103

Syr.è Limonũ ſucco 103.b
Syr.è lupulorũ ſucco 103.b
Syr.ex meliſſæ ſucco 104.
Syr.ex mentæ ſucco 104.b
Sy.myrtinus cõpoſitus 104.b
Syr.de papauere ſimplex 105
Syr.de pomis ſimplex 105.
Syr.Praßij uel de Marrubio 105.b
Syr.de quinq; radicibus 106.
Syr.refectiuus Valerij Cordi 106.
Syr.roſarũ ſimplex 106.
Syr.roſar.ſolutiuus 107
Syr.èroſis ſiccis 107
Syr.è ſcabioſæ ſucco 107
Syr.ſplenicus Franciſci Pedemontij 107.
Syr.è ſtechade 107.b
Syr.Violatus ſimplex 108.
Syr.Violatus ſolutiuus 108
de Tabellatis ſeu tabellis componendis 126.127
Terrarum ſeruandarum enuratio 29.
Terra lemnia uel ſigillata 58
Tetrapharmacũ 188
Therebinthina 54
Thamarindi 44
Theriacha Andromachi 142
Theriaca Diateſſaron 138
Thus 55
Thuris cortex 46
Thucia officinarum eſt ueterũ Cadmia fornacaria 64
Thuciæ unguentum 191
Thucia Arabum eſt Pompholyx 64.
Tragea groſſa pro ſtomacho 169.b
Triphera mag.Nicolai 145.b
Triphera minor Phænonis 138.b.
Trageæ quæ doſi ſacchari & puluerum fiant 127
Trociſci ex Agarico ſimplices 160.
Trochiſci ex Agarico compoſiti. 160
Troch.Alkekengi 160
Troch.Alhandal 160.b
Troch.alipteæ muſcatæ 160.b
Trochiſ.Bechici albi 161
Trochiſ.Bechici nigri 161
Trochiſ.de Berberis 161
Trochiſ.de Capparibus 161.b

Trochiſ.pro fumo 161.b
Troch.Galliæ muſcatæ 162
Troch.Hedychroi. 162
Troch.de Karabe 162.b
Trochiſ.de Myrrha 162.b
Tro.de Rhabarbaro 163
Tro.Diarhodon Meſuæ 163
Tro.de ſapone Veneto 163
Trochiſ.de ſcylla ex Galeno. 163.b
Tro.de Spodio 163
Tro.de terra ſigillata 164
Tro.de Violis 164
Tro.de Vipera 164.b
Turbith. 38
Vernix. 54.b
Vitriolũ eiuſq; differẽtiæ. 66
Ad unguenta præparãda quæ requirantur 185.186
Vnguentũ Aegyptiacũ 186.b
Vnguent.Agrippæ 186.b
Vng.Apoſtolorum 187
Vng.Baſilicum minus & Tetrapharmacũ Galeni 188
Vng.Bernardinum 188
Vng.ex Bryonia 188
Vng.ex Ceruſa crudum.188.b
Vng.Comitiſſæ 189
Vng ſiue Ceratum infrigidãs 189.
Vng Dialtheæ ſimplex187.b
Vng.uel Emplaſtrum Diapõpholygos uel uulgo Vnguentũ de Thutia 190
Vng.Marciatum 189.b
Vng.Populeon 190.b
Vng.Reſinæ uſuale 191
Vng.Roſatum Meſuæ 191
Vng.rubeũ Cãphoratũ 191.b
Vng. ſtomachale magiſtrale. 191.b
Vnguis odoratus ſeu Blatta Bizantia 56.b
Vſnea ſeu muſcus arborũ 39
Vulpis pulmo uti præparetur 31.
Zazenea Meſuæ 146
Zelea amarenarum 89.b
Zelea Vaccineorum 89
Zinziber 38
Zopiſſa,picis eſt ſpecies.53.b

FINIS INDICIS.